

critiques Benamie - family & (view)

702 GABRIELIS BIEL

Collectorium circa quattuor libros Sententiarum

AUSPICIIIS

HANNS RÜCKERT†

collaborantibus Martino Elze, Volker Sievers et Renata Steiger

ediderunt

WILFRIDUS WERBECK

et

UDO HOFMANN

Omnis actus imperitus est
indifferens secundo modo et
exniscere-675



1984

J.C.B. MOHR (PAUL SIEBECK) TÜBINGEN

bonitas intentionis - exterior et
interior, 671

Collectorium circa quattuor libros Sententiarum

Liber secundus

Collaborantibus Volker Sievers et Renata Steiger

ediderunt

WILFRIDUS WERBECK

et

UDO HOFMANN

finis et alia obiecta
Secundaria 668



1984

J.C.B. MOHR (PAUL SIEBECK) TÜBINGEN

DISTINCTIO TRICESIMA OCTAVA

(*Summarium Textus*)

Ergo de peccato actuali quantum ad eius quidditatem. Consequenter in distinctionibus sex sequentibus agit de eodem quantum ad actum interiore et exteriori. Et primo quantum ad actum interiore, secundo quantum ad exteriorem, dist. 40.

Circa primum inquiri pravitatem in actu interiori voluntatis; secundo causam vestigat, cur magis peccati pravitas consistit in actu voluntatis quam intellectus memoriae, dist. 39.

Colligitur autem sententia huius distinctionis in conclusionibus tribus.

Prima. Ex fine bono, qui Deus est, caritas et beatitudo, cognoscitur bonae voluntatis rectitudo.

Secunda conclusio: Omnes bonae voluntates unum habent finem principalem, scilicet finem alium atque alium habeant immediatum.

Tertia conclusio: Quamvis finis distinguatur a voluntate, utrumque tamen quantum significatur intentionis nomine.

Has latius prosequitur *Magister* in Textu.

QUAESTIO UNICA

A Quia de causa bonitatis voluntatis dicendum erit infra dist. 40, ideo tantum quod hic iuxta materiam tertiae conclusionis:

Utrum voluntatis, finis et intentionis sit distinctio realis aut tantum nominalis

Positis pro articulo primo notabilibus terminorum declarativis, ponuntur conclusiones pro articulo secundo cum dubiis pro tertio articulo.

[*Articulus 1*]
[*Notabile 1*]

Quantum ad primum notandum quod nomen 'voluntas' aliquando accipitur pro intentione appetitiva rationali, id est pro anima rationali nata obiectum sibi per rationem ostensum appetere vel refutare. Et sic potest accipi Lc. 2: 'Et in terra pax hominibus bonae voluntatis'.

- | | | | | |
|-------|---|-------|--|--|
| 1 | quidditatem] quidditate T | A | 9 | pro] add. GTr: ipsa |
| 7 | in] add. GTr: his | 11/12 | Et... habitatae om. GTr: as | |
| 10.12 | conclusio om. GTr | | Tr alia manu in marg. | |
| 11 | immediatum] mediatum Tr | 11 | potest accipi] accipitur Tr: Lc. 1 TB | |
| 8/9 | Cf. Lomb. II d. 38 c. 1s (c. 1s n. 351s; MPL 192, 743). | 12/13 | Cf. Lomb. ib. c. 4 (c. 6s n. 356; MPL 192, 745). | |
| 10/11 | Cf. Lomb. ib. c. 3 (c. 3-5 n. 353-355; MPL 192, 743s). | A | 1 | Cf. Biel II d. 40 C/D. 11/12 Lc 2, 14. |

bonae voluntatis, id est voluntatis bene habitatae. - Aliquando accipitur pro actu appetitivo, scilicet pro ipso velle aut nolle. Sic dicitur 1Tim. 4: 'Voluntas Dei est sanctificatio vestra', id est hoc vult Deus sive hoc est velle Dei: sanctificatio vestra.

Lc. 12: 'Servus, qui cognovit voluntatem domini sui et non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis.' - Accipitur quandoque pro obiecto voluto; ut ibi: 'Non mea, sed tua voluntas fiat', Mt. 26.

In proposito accipitur pro potentia volitiva vel pro voluntatis actu.

[*Notabile 2*]

Secundo notandum quod differentia est inter finem et causam finalem, ut dictum est dist. 1 q. 5. Nam finis est terminus rei vel operationis, id est effectus productus. Sed causa finalis est aliquid amatum ab agente aliquid propter ipsum, quod movet agentem ad agendum, producente. Accipitur tamen frequenter 'finis' ut etiam se extendat ad causam finalem.

Unde sic accipiendo finem, 'finis' secundum *Gregorium de Arimino* capitur triplex: communiter, proprie et magis proprie.

Communiter «quodlibet volitum sive volitionis obiectum dicitur 'finis'. Sic accipit *Augustinus* XI De Trinitate cap. 6, ubi dicit quod 'voluntas videndi non habet finem nisi visionem, sive illud referat ad aliud sive non referat', et voluntas videndi finem suum finem habet fenestram.»

'Finis' proprie dicitur non quodcumque volitum, sed volitum, propter quod aliud volitum. Et sic accipitur finis quod est, cuius gratia scilicet aliud est volitum.

Et illos duos modos distinguit *Magister* in Littera, «cum dicit: 'Finis voluntatis est vel illud quod volumus, per quod impletur ipsa voluntas, vel potius aliud, propter quod illud volumus.'»

Finis magis proprie est id, propter quod aliud est volitum, et ipsum propter se est volitum. Sic dicitur II Metaphysicae: 'Finis est, quod non est aliud causans sed alia illius', id est: Finis est, quod non est volitum propter aliud, sed propter tantum; alia autem sunt volita propter ipsum. »Et *Commentator* ibi commento 8 ad 1 quod «descriptio causae finalis est, ut non sit propter aliam causam.» Pro eo-tem ergo capit finem ibi et causam finalem.

- | | | | |
|-------|--|-------|---|
| 14 | vestra (1) om. G | 18 | Sic] Sicut GTr alius GTrTBL (Greg.)] Potius legendum sit: al-
terius (ed. Iuntina) |
| 15 | fecit] facit B | 20 | ibi GTr (Greg.)] ibidem TBL |
| 2 | est (2) om. GTr id om. Tr | 21 | sit om. Tr |
| 4 | producente om. GTr | | |
| 11 | fenestram] fenestrae visionem Aug.; visionem fenestrae Greg. Arim. | | |
| 13/14 | 1Thess 4, 3. | 14/16 | Lomb. ib. c. 4 n. 2 (c. 6 n. 356; MPL 192, 745); cit. apud Greg. ib. |
| 15/16 | Lc 12, 47. | 18/19 | Arist., Met. II c. 2 t. 8 (994b 9s); cit. apud Greg. ib. |
| 16/17 | Cf. Mt 26, 39-42; Lc 22, 42. | 21 | Averr. in Met. II comm. 8 (ed. Iunt. VIII, 33 A); cit. apud Greg. ib. |
| 17 | Cf. Biel II d. 1 q. 5 A 1-5. | | |
| 721 | Cf. Greg. Arim. II d. 38-41 q. 1 a. 1 (VI, 282, 6-17, 20-22). | | |
| 911 | Aug., De Trin. XI c. 6 n. 10 (CChr 50, 345, 2 - 346, 4, 20s; MPL 42, 992); cit. apud Greg. ib. | | |

[Notabile 3]

C Tercio notandum circa illum terminum 'intentio', quod secundum sanctum Bonaventuram q. 6 habet distinctionem 'intentio' multipliciter accipitur: uno modo pro potentia intendente; alio modo pro habitu, quo intendit; tertio modo pro actu intendendi; quandoque pro obiecto, quod intenditur. Primo modo accipitur, cum intentio dicitur oculus. Cum vero dicitur lumen, accipitur pro habitu dirigente. »Cum dicitur, quod intentio est finis ipse, sicut dicit *Magister* in Littera, accipitur pro intento. Cum vero dicitur, quod intentio quaedam est recta, quaedam obliqua, accipitur pro actu. »Principaliter tamen intentionis nomen impositum est actui. » Et sic accipitur in proposito. Sic autem generaliter acceptum est actus potentiae, quo actu fertur in aliquid, sive moveatur a se sive ab alio.

Fertur autem potentia in aliquid dupliciter: vel tanquam in obiectum vel tanquam in terminum sive finem. Primo modo est cuiuslibet potentiae. Secundo potest distinguere: Aut potentia fertur in finem ducta ab alio; sicut fertur potentia non cognoscens. Quo modo dicit *Commentator*, quod natura non cognoscens dirigitur ab agente infallibili. Et sic omne agens agit propter finem sive per intentionem finis. » Vel potentia fertur in finem non ducta ab alio, sed ducens se in illud. Et sic » non potest esse alicuius potentiae naturalis, sed tantum liberae, quia secundum *Damascentum* appetitus non liber ducitur et non ducit. » Et hoc modo accipitur hic, pro actu scilicet potentiae rationalis liberae, quo fertur in aliquid tanquam in finem, non tanquam in obiectum. Et hoc est quod vult beatus *Anselmus*: In omni, inquit, volitione contingit » accipere quid et cur. » Intendere non respicit quid, sed cur, hoc est finem per aliquid tanquam per medium. Est ergo intentio actus voluntatis respectu finis.

Et secundum quod 'finis' accipitur tripliciter: communiter, proprie et magis proprie, sic 'intentio' accipitur tripliciter, scilicet » communiter, et sic omnis volitio est intentio, sicut quodlibet volitum dicitur finis communiter; » proprie, et sic volitio il-

C 1	sanctum om. L	18	ducitur] dicitur G	nav. ib. et Occ., Quodl. IV q.1 ad dub.1 (IX, 298,115-118).
9	actu om. GTr	19/20	non ... obiectum om. GTr	Cf. Damasc., De fide orth., c.36
11/12	vel (2) ... terminum om. BL	22	aliud] aliud GTr	n.12 (Buytaert 138,106s; cf. MPG 94, 945 [II c.22]); cit. apud Scot. ib.
13	alio] aliquo Tr fertur (2) om. GTr	25	tripliciter scilicet om. GTr	Cf. Scot. ib.
16	illud] aliud L			Cf. Anselm., De veritate, c.12 (Schmitt I, 194,3; MPL 158, 481 D); cit. apud Scot. ib.
C 28	Cf. Bonav. II d.38 a.2 q.2 ad obi.2.	24/25	V. supra B 6s.	V. supra B 6s.
4/5	Cf. Glossa interl. in Mt 6,22s et Lc 11,34 s.v. oculus; cit. apud Bonav. ib. sed c.5.	25/28	Cf. Greg. Arim. II d.38-41 q.1 a.1	Cf. Greg. Arim. II d.38-41 q.1 a.1
5	Cf. Glossa ord. in Mt 6,23 et Glossa interl. in Lc 11,35 s.v. lumen; cit. apud Bonav. ib. sed c.6.			(VI, 282,23-26).
5/6	V. supra ad B 14-16.			
9/12,16/18	Cf. Scot. II d.38 q.1 n.2 (V1/2, 1011).			
12/14	Cf. Bonav. ib. q.1 resp.			
14/15	Cf. Averr. in Phys. II comm.75 (ed. Iunt. IV, fol.75 M). Cf. etiam Bo-			

lius, propter quod aliquid est volitum, dicitur intentio; magis proprie volitio eius, quod est propter se volitum et aliud propter ipsum, intentio appellatur.

Ex quibus patet quod omnibus his tribus modis intentio aliqua est usus, aliqua fructio, aliqua medium inter usum et fructiorem, si ponitur medium. De quo I dist.1. Semper tamen est finis medii vel ultimi.

[Articulus 2]

[Conclusio 1]

Quantum ad secundum articulum est conclusio prima: Accipiendo voluntatem et intentionem pro obiectis et finem communiter pro omni volito, inter voluntatem, intentionem et finem nulla est distinctio.

Probat conclusio: Quia nec est inter ea distinctio realis nec rationis; ergo nulla. » Tenet consequentia a sufficienti divisione. Non enim pono distinctionem formalem in creaturis. » Antecedens probatur: Non realis, quia eadem res volita est voluntas, finis et intentio, quia idem est obiectum volitionis et intentionis, et ipsum est finis communiter acceptus. Nec rationis, quia illa non est rerum, sed tantum rationum, conceptuum scilicet vel signorum.

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Accipiendo voluntatem et intentionem pro potentia vel actu uniformiter, finis distinguitur ab utroque realiter, non tamen universaliter.

Probat: Quia finis, qui est obiectum volitum aut quod gratia cuius, distinguitur realiter a potentia et ab eius actu; ergo a voluntate vel intentione sic acceptis. » Consequentia nota. » Antecedens probatur: Quia frequenter finis est extrinsecus et distans a potentia et actu. Nam potentia dilectione tendens in Deum vel aliud dilectum citra Deum realiter distinguitur a dilecto simul et a dilectione.

Dicitur » non tamen universaliter, quia, cum voluntas sit potentia reflexiva potens se amore reflectere super se et amorem suum, ipsa potentia vel actus est suus obiectum et finis, ut dum vult se et actum suum propter seipsam.

[Conclusio 3]

Tertia conclusio: Accipiendo voluntatem et intentionem pro actu et finem communiter, voluntas et intentio non distinguuntur, sed magis ad invicem convertuntur.

30	medium (2) om. Tr	13	quod om. TBL
D 5	distinctionem om. GTr	14	vel] et GTr
6	probat] patet GTr voluntas] add. TBL: obiectum voluntatis (dit- togr., cf. lin.7)	20	seipsam] seipsam TBL
		23	voluntas et intentio om. GTr
30	Cf. Biel I d.1 q.1 G 10-23.	13	V. supra B 12s.
D 1/2	V. supra C 4.5s.	18	V. supra lin.12.
2	V. supra B 6-11.	22	V. supra C 3s.7s.
11/12	V. supra C 2-4.4s.7s.	22/23	V. supra B 6-11.

Patet conclusio, quia sic accipiendo omnis voluntas est intentio et omnis intentio est voluntas. Intentio enim est volitio finis, et loquendo communiter, omne volitum est finis; ergo omnis volitio est intentio, cum omnis volitio est volitio voliti. Et accipitur hic 'volitio' generaliter pro omni actu voluntatis tam affirmativo quam negativo, id est pro velle et nolle. Et sic e converso omnis intentio est volitio.

[Conclusio 4]

Quarta conclusio: Accipiendo intentionem proprie sive magis proprie et voluntatem pro actu, aliqua voluntas et intentio distinguuntur et aliqua voluntas et intentio non distinguuntur.

Primum patet de voluntate medii tantum voliti non propter se. Illa voluntas in quantum est medii, non est intentio. — Patet, quia intentio tantum est voluntas finis. Secundum patet de voluntate finis propinqui vel ultimi, quae est intentio.

[Conclusio 5]

Quinta conclusio: Voluntatis et intentionis nomina re et ratione sunt distincta. Quod re distinguuntur, patet, quia unum nomen non est aliud, cum differant in litteris et syllabis.

Quod ratione: Quia non sunt synonyma, et eis correspondent diversi conceptus, ut patet ex primo articulo.

[Articulus 3]

[Dubium 1]

Quantum ad tertium articulum dubitatur primo: Utrum intentio sit unius potentiae vel duarum.

Et videtur quod sit duarum potentialiarum. Nam intentio est actus liberi arbitrii; sed liberum arbitrium comprehendit rationem et voluntatem (nam secundum Augustinum «est facultas rationis et voluntatis, qua bonum eligitur, gratia assistente» etc., ut patet in Textu dist. 24); ergo est actus duarum potentialiarum.

In oppositum: Intentio est unus actus; sed unus actus est unius potentiae; igitur.

Hic tenet sanctus Bonaventura, quod in nomine intentionis «clauditur simul actus rationis et voluntatis», quia, ut dicit, 'intentio' dicit quandam collationem unius ad aliud et cum hoc quandam conversionem cum quietatione. Primum pertinet ad intellectum, secundum ad voluntatem.

31	aliqua (1) aliquo Tr	E	5	voluntatis GTr (Lomb.)] facultatis
33	voliti om. GTr			TBL
38	differant] differunt TBL	6		ut ... 24 om. GTr
41	primo] illo TBL			

30	V. supra C 26-28.			
41	V. supra A 9-18; C.			
E 3/4.6	Cf. Bonav. II d. 38 a. 2 q. 2 resp.			
5	Non est Augustini, sed potius Summae Sent. III c. 8 (MPL 171, 1129 B; Cf. Bonav. ib. contra 1. Cf. Bonav. ib. resp.	7/8		9/12

MPL 176, 101 C); cit. apud Lomb. II d. 24 c. 3 n. 1 (c. 5 n. 199; MPL 192, 702).

Sed quia supra dist. 25 ostensum est quod liberum arbitrium non est duae potentiae, sed una potentia, ita et intentio non est duo actus, sed actus unus unius potentiae. Nam licet intentio non sit sine actu intellectus finem et medium ostendit, sicut etiam omnis actus voluntatis praesupponit actum intellectus, pro quanto voluntas non tendit in incognitum, non tamen ideo actus voluntatis est duo actus, nec est actus intellectus. Sic et 'intentio' proprie accepta est volitio finis assequendi per media. Et illa volitio est unus actus, licet nomen 'intentio' posset connotare plures actus, scilicet actum medii relati in finem; supponit tamen 'intentio' pro volitione finis, quae est unus actus.

Et per hoc patet ad dubium, quod intentio est actus unius potentiae tantum, scilicet voluntatis.

Et cum arguitur de libero arbitrio, dictum est supra dist. 25, quod liberum arbitrium non est duae, sed una potentia, scilicet voluntas, licet nomen 'liberum arbitrium' connotat rationem vel intellectum, ut ibi ostensum est.

Et ad rationem beati Bonaventurae dicendum «quod conferre per modum iudicii est solius intellectus sicut et intelligere. Sed referre utendo sive ordinando unum amabile ad aliud est voluntatis. Sicut enim voluntas est reflexiva quia immaterialis, ita est collativa vel potens referre suo modo.»

[Dubium 2]

Secundo dubitatur: Ostendo quod intentio sit unius potentiae, scilicet voluntatis, an sit unus actus vel duo eiusdem potentiae.

Et videtur quod sint duo actus, quia intentionis est referre media in finem. Nam qui intendit, intendendo refert seu ordinat unum in aliud; ergo complectitur duos actus, unum voliti propter finem et unum ipsius finis.

Respondetur ad dubium quod, quia intentio, ut dictum est, est volitio finis, quia autem finis est alicuius finis, scilicet relati in ipsum, ideo intentio, quae est finis, simul connotat volitionem eius quod est ad finem sive cuius est finis.

Potest etiam secundum aliquos voluntas uno actu velle finem et medium propter finem vel distinctis, ut dictum est in I dist. 1; et tunc ille actus est simul usus et fructio: usus pro quanto est medii propter finem, fructio in quantum est finis propter seipsum. Et tunc etiam actus ille simul est usus et intentio.

13/14	potentiae om. GTr	28	unum om. G
14	actus (2) om. GTr	30	est GTr] et BL (Scot.) potens]
20	intentio om. GTr		potest Tr
26	connotat] connotet G	F	9
27	Et om. Tr rationem GTr] rationes		10
	TBL conferre] referre G		

13/15	Cf. Scot. ib. n. 2 (V12, 1011).		
13/14	Cf. Biel II d. 25 G 19-29.	F	1
24	V. supra lin. 3-6.		6
24/26	Cf. Biel II d. 25 G 19-27s.		9
27	V. supra lin. 9-12.		10

27/30	Scot. ib. n. 3.
	V. supra E.
	V. supra D 25.
	Cf. e.g. Scot. ib. n. 2.
	Cf. Biel I d. 1 q. 1 I/K.

Potest etiam voluntas duobus distinctis actibus ferri in medium et in finem, quorum primus est usus et non fructio, secundus fructio et non usus. Et tunc intentio supponit pro volitione finis, connotat tamen volitionem eius, quod ordinatur in finem. Et sic patet quod semper intentio est unus actus, licet coexigat alium.

[Dubium 3]

Tertio dubitatur: Cum intentio sit actus voluntatis, quomodo dicitur 'oculus' et 'lumen'; haec enim 'pertinent ad intellectum'. Nunc autem »Mt. 6: 'Si oculus tuus simplex est, totum corpus lucidum erit'; et ibidem: 'Vide ergo, ne lumen, quod in te est' etc. Glossa exponit oculum et lumen de intentione. Unde intentio dicitur 'oculus' Respondetur quod intentio dicitur 'oculus' et 'lumen' metaphorice, et ita non semper pertinent ad intellectum, sed etiam ad voluntatem. Quae voluntatis operatio bona voluntatis, pro quanto per intentionem discernitur, quae voluntatis est intendenti. Non sic vel prava dicatur. Dicitur autem 'lumen', quia manifesta est intendenti. Ideo opera opus. Scit enim homo quid intendit; quid vero ex opere sequatur, nescit. Ideo opera dicuntur 'tenebrae', intentio, quae manifesta est homini agenti, 'lumen', secundum illud *Apostoli* Eph. 5: »Omne quod manifestatur, lux est.«

G	13	ferri] ferre Tr pertinent] pertinet G	7 10	voluntatis (1) om. GTr est om. Tr	4 5/10	V. supra adn. ad C 4s. 5. Cf. Thom., S. Th. I/II q. 12 a. 1 ad 1 et 2. Eph 5, 13.
G	2/4 2/3	Scot. ib. n. 1 arg. 3 (VI/2, 1010). Mt 6, 22; cit. apud Bonav. ib. sed c. 5 et Scot. ib. Lc 11, 35; cit. apud Bonav. ib. sed c. 6 et Scot. ib.	3			

DISTINCTIO TRICESIMA NONA

(Summarium Textus)

In hac dist. 39 post investigatam actus interioris pravitatem causam quaerit *Magister*, cur pravitatis plus voluntati et actibus eius attribuitur quam alii potentiae aut actui eius.

Colligitur autem sententia in conclusionibus, quae sequuntur.

Prima, quod voluntas inquantum est, bona est natura, sed inquantum inordinata, peccatum est et mala.

Secunda conclusio: Solius voluntatis actus inordinatus peccatum est et malus, licet in aliarum potentiarum actibus etiam contingat abusus.

Tertia conclusio: Secundum probabilem sententiam superior scintilla rationis, id est synderesis, quae semper malum odit et delectatur in bonis, alia est a motu mentis, quo mens relicta superiori lege se subicit peccatis oblectata in eis.

Tamen pro intellectu primarum duarum conclusionum hoc annexendum est, quod ideo voluntas eliciendo actum inordinate mala est cum actu suo, et non alia potentia, quia sola voluntas, quamvis sit bona natura, est tamen libera in eliciendo actum suum, habens in sua potestate elicere secundum regulam rationis, cui se conformare tenetur, vel deformiter regulae suae. Ideo dum libere recedit a regula rationis, imputatur sibi ad culpam. Secus de aliis potentiis, quae non sunt liberae, sed omnes actus suos producant necessitate naturali, nec tenentur se conformare alicui regulae. Quia ceterae potentiae non habent actum suum in sua potestate quomodo voluntas, ideo non imputatur eis peccatum. Non enim intellectus intelligendo malum peccat, nec memoria rememorando malum, licet aliarum potentiarum actibus voluntas abuti posset.

QUAESTIO UNICA

Circa hanc distinctionem quaeritur de illa rationis superioris scintilla, quae 'synderesis' dicitur, et de conscientia.

Utrum synderesis, quae rationis scintilla dicitur, et conscientia sint in intellectu aut affectiva potentia

Praemissis notabilibus pro articulo primo ac conclusionibus pro secundo, movebuntur dubia pro articulo tertio.

1/2	Magister om. GTr	19	ceterae om. G potentiae om. GTr suum om. G
4	sententia] add. L: tex.		
5	quod om. GTr	A 1	hanc om. GTr* T, sed add. Tr supra lineam
7	conclusio om. GTr		
9/10	id est synderesis om. GTr		
5/6	Cf. Lomb. II d. 39 c. 1 (c. 1 n. 358s; MPL 192, 745s).	9/11	Cf. Lomb. ib. c. 3 (c. 3 n. 361-363; MPL 192, 746s).
7/8	Cf. Lomb. ib. c. 2 (c. 2 n. 360; MPL 192, 746).		

[Articulus 1]

[Notabile 1]

Quantum ad primum notandum quod, licet potentia intellectiva et voluntas, quae est potentia affectiva, in nullo differant seu distinguantur, ut supra habitum est dist. 16, habitus tamen et actus intellectivi et affectivi realiter distinguuntur. Unde scientia realiter distinguitur a virtute et cognito a volitione. Et propter hoc frequenter loquimur de intellectu et voluntate, ac si essent realiter distinctae propter habitum et actuum distinctionem. Unde cum quaeritur, utrum synderesis et conscientia sint in intellectu aut voluntate, nihil aliud est quaerere quam: utrum sint actus, habitus vel passionem intellectivi vel affectivi. Et ad hunc sensum retorquenda sunt omnia, quae dicuntur.

[Notabile 2]

B Secundo advertendum quod secundum *Philosophum* II Ethicorum cap. 5 in anima sunt tria: potentiae, habitus et passionem. Et sub habitu comprehendit actus secundum sanctum *Bonaventuram*. Vel solum loquitur de his, quae sunt principia operationum secundum beatum *Thomam*. Verius tamen passio secundum *Philosophum* est actus appetitus aut delectatio vel tristitia consequens, ut concupiscentia, ira, timor, audacia etc., ut exemplificat *Philosophus*. De hoc latius *Occam* in III q. 12 et II Quodlibeto q. 17.

Ergo, cum synderesis sit aliquid in anima, similiter et conscientia, oportet quod sint aut potentiae aut habitus aut actus aut passionem. Quae autem horum sint, utrum potentiae, habitus aut passionem, id est actus, variantur doctores.

(1.) Nam beatus *Thomas* tenet p. I q. 79, quod synderesis sit habitus primorum principiorum practicum nobis naturaliter inditus. Unde secundum *eum* hoc est synderesis in practico quod intellectus (ut distinguitur contra alios habitus intellectuales) est in speculativis; et conscientia actus est, quo scientia applicatur ad agenda.

10	10	distinguantur] distinguuntur T	3/4	operationum] operationis TBL
15	15	aut] et Tr	4/7	Verius ... q. 17 om. G in textu, sed
16	16	intellectivi] intellectivae GTr affectivi] affectivae GTr	6	add. in inferiore marg.
B 2	9	sunt om. G tria GTr (cf. Arist.) tres TBL; add. G in marg.: inveniuntur comprehendit] comprehenditur BL	9	De hoc om. G
	10		10	potentiae] potentia TBL
				potentiae] potentia Tr-TBL
A 10/11	4/6	Cf. Biel II d. 16 N 18 - R.		Cf. Arist. ib. (1105b 21-23); cit. apud Occ., Sent. ib. F. G (VI, 400, 12-14; 401, 2s) et Quodl. ib. (IX, 179, 15-18).
B 1/2		Cf. Arist., Eth. Nicom. II c. 4 (1105b 20); cit. apud Bonav. II d. 38 a. 2 q. 2 ad obi. 2; Occ., Sent. III q. 11 F (VI, 399, 19 - 400, 2) et Quodl. II q. 15 (IX, 178, 11 - 179, 1). Cf. etiam Bonav. II d. 39 a. 2 q. 1 sed c. 4.	6/7	Cf. Occ., Sent. ib. E-H (VI, 398, 12 - 402, 14) et Quodl. ib. (IX, 178, 9 - 179, 20).
2/3	11/14	Cf. Thom., S. Th. ib. et Sent. II d. 39 q. 3 a. 1 sol.		Cf. Thom., S. Th. ib. et Sent. II d. 39 q. 3 a. 1 sol.
3/4		Cf. Bonav. II d. 38 ib.		
		Cf. Thom., S. Th. I q. 79 a. 12 resp. et ad 3.		

(2.) Sed sanctus *Bonaventura* de hoc tangit tres opiniones in suo II dist. 39 q. 4. Una, quod synderesis est superior pars rationis; conscientia autem est habitus eiusdem, quo regit inferiora.

Secunda opinio ponit differentiam inter conscientiam, synderesim, legem naturae et liberum arbitrium. Nam prima tria respiciunt potentias rationales, sive cognitivas sive appetitivas, inquantum moventur modo naturae ad bonum. Sed liberum arbitrium respicit potentias rationales, inquantum moventur deliberative ad bonum vel ad malum. Consequenter dicit quod synderesis dicit potentiam, conscientia habitum, lex naturalis obiectum. Vel: Synderesis est habitus universalis, conscientia est habitus particularis, lex naturae extendit se ad utrumque.

Tertia opinio, cui ipse consentit, dicit »quod quemadmodum ab ipsa creatione animae intellectus habet lumen, quod sibi est naturale iudicatorum dirigens ipsum in cognoscendis«, ita voluntas seu »affectus habet naturale quoddam pondus dirigens ipsum in appetendis«. Sicut ergo »conscientia non nominat ipsum iudicatorum, nisi inquantum dirigit ad opera moralia, sic synderesis non nominat illud pondus voluntatis sive voluntatem cum pondere, nisi inquantum habet illam inclinare ad bonum honestum. Et quemadmodum nomen conscientiae potest accipi pro potentia« sic habitata vel pro tali habitu potentiae, »sic etiam synderesis. Usitatori tamen modo loquendi 'synderesis' magis nominat potentiam habituata quam habitum«, et 'conscientia' usitatori modo loquendi magis nominat habitum perficientem intellectum practicum quam potentiam.

(3.) *Scotus* tenet quod tam synderesis quam conscientia sint habitus: synderesis principiorum practicum, conscientia sit habitus conclusionis ex principiis deductae.

Ut autem investigetur, quae harum opinionum sit probabilior, attendere oportet condiciones seu proprietates, quae communiter a sanctis attribuantur synderesi et conscientiae.

[Notabile 3]

Pro quo notandum tertio, quod synderesi attribuitur instigare ad bonum et remurmurare malo, item quod est scintilla rationis non extinguibilis. Haec innuuntur in *Glossa* super Ez. 1, ubi dicit quod per faciem animalis similem aquilae desuper ipso-

C 1	sanctus om. GTr de hoc om. GTr dist. 39 om. G et Tr in textu, sed	13	cognoscendis] cognoscendo Tr
	add. Tr in marg.	16	illam TBL (Bonav.) illum GTr
5	racionales] naturales Tr	20	magis om. GTr
5/6	sive ... appetitivas om. GTr	D 3	Glossa] add. Tr in textu: Gregorii: G in marg.: et est Gregorii, ut dicit Alexander
6	modi] motu BL		
6/7	arbitrium om. Tr		
C 2/3	Cf. Bonav. II d. 39 a. 2 q. 1 resp. op. 1.	2	Cf. Lomb. ib. c. 3 n. 3 (c. 3 n. 362; MPL 192, 747).
4/10	Cf. Bonav. ib. op. 2.	3/5.10/13	Cf. Hieron., Comment. I in Ez. 1, 6-8a (CChr 75, 12, 217-225; MPL 25, 22); lin. 3-5.10-12 cit. apud Bonav. ib. (Item, qualiter); lin. 13 cit. apud Bonav. ib. arg. a et sed c. 1.
11/19	Bonav. ib. op. 3.		
22/23	Cf. Scot. II d. 39 q. 2 n. 4 (VI/2, 1020s).		
D 1/2	Cf. Thom., S. Th. I q. 79 a. 12 resp.		

rum quattuor intelligunt »synderesis, quae scintilla conscientiae in Cain quoque non
 5 exstinguitur«. Hoc quoad tertium. Et quoad prima duo dicitur ibi, quod »anima
 tionabilitatem, irascientiam et concupiscentiam ad hominem, leonem et ad vitulum re-
 ferunt«, rationabilitatem »in cerebri arce ponentes, feritatem« atque iracundiam
 felle, »voluptatum cupidinem in iecore«, primumque per faciem hominis, secundum
 per faciem leonis, tertium per faciem vituli intelligentes. Et subdit de synderesi
 ostendens eius differentiam a praedictis, dicens: »Victi voluptatibus vel furore,
 ipsa interdum rationis decepti similitudine, nos peccare sentimus.« Synderesis
 »quam proprie aquilae deputant, non se miscentem tribus, sed ipsa errantia cor-
 gentem«. »Hic est spiritus, qui interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus«.
 Haec Glossa, paucis pro clariores intellectu mutatis.

Conscientiae autem attribuitur testificare, ligare vel mitigare vel etiam accusare
 15 remordere aut reprehendere. Nam cum recognoscimus nos aliquid fecisse vel non fe-
 cisse, secundum illud Eccl. 7: »Scit conscientia tua te crebro maledixisse aliis«, con-
 scientia nostra testificatur. Dum vero iudicamus »aliquid faciendum vel non facien-
 dum«, dicitur conscientia ligare vel instigare. Cum etiam iudicamus factum aliquod
 bene vel male factum, »dicitur conscientia excusare vel accusare seu remordere«.

Haec Thomas ubi supra art. 13.

Ex his colligi potest quod, quia synderesis in omnibus ponitur quoddam natura-
 20 ter inclinans ad bonum ac remurmurans malo inextinguibile, non potest esse actu
 rationis vel voluntatis, quia nullus talis est semper in homine, cum in principio crea-
 tionis anima sit tanquam tabula rasa etc., III De anima. Nec est habitus aliquis ac-
 quisitus eadem ratione. Sed erit vel habitus innatus inseparabilis ab anima, si pon-
 25 tur, vel ipsamet potentia ad bonum necessario et naturaliter inclinata.

Similiter conscientia, quae mutabilis est et nunc recta, nunc erronea, nunc testi-
 cans, nunc ligans, nunc accusans vel excusans circa operationes et facta particularia
 et particularia, erit aliquod dictamen ostendens aliquid faciendum vel male aut be-
 30 factum.

In processu autem nostro ad operandum concurrunt potentia intellectiva et volun-
 tas: intellectus ut ostendens operandum et dictans, scilicet illud, quo fieri ostendit
 est ad operandum; voluntas ut imperans et eligens.

Intellectus ostendendo et dictando procedit a principiis per se notis ad conclusio-
 nes immediatas et mediatas, quae significant aliquid operandum, acceptandum

6 et ad TBL] et GTr (Bonav.); Hie-
 15 ron.: ac
 16 ponentes GTr (cf. Hieron.) om.
 26 TBL
 12 errantia GTr (Hieron., Bonav.)] er-
 rata TBL

59 Cf. Hieron. ib. (CChr 75, 11,
 209-216; MPL 25, 22); lin. 5-7 cit.
 24/25 Cf. Arist., De anima III c. 1
 apud Bonav. ib. (Item, qualiter).
 13 Rom 8, 26; cit. apud Hieron. ib.
 15/20 Cf. Thom. ib. a. 13 resp.

15 testificare] testificari L (Thom.)
 16 recognoscimus GTr (Thom.)
 26 gnoscimus TBL
 inseparabilis ab anima om. GTr

17 Eccl. 7, 23; cit. apud Thom. ib.
 24/25 Cf. Arist., De anima III c. 1
 (429b 31 - 430a 2); cit. apud Bonav.
 ib. a. 1 q. 2 sed c. 1.
 28/29 Cf. Bonav. ib. sed c. 5.

legendum. Principiis autem apprehensis terminis intellectus dissentire non potest
 dum practicus quam speculativis. Hoc autem assentire convenit intellectui ex condi-
 40 tione suae naturae. Nec propter hoc oportet ponere habitum innatum, quia posita
 anima intellectiva et apprehensione principii, omnibus aliis semotis, statim assentit
 suae quocumque habito. Exempli causa: Intellectus practicus ex illo principio: »Omne
 honestum est faciendum«, cui naturaliter assentit apprehensis et intellectis terminis,
 assumpta illa minore: »Honorare parentes est honestum«, concludit quod parentes
 sunt honorandi. Similiter ex illo principio: »Omne debitum est solvendum; oboedientia
 Deo est debita« concludit: ergo oboedientia Deo est solvenda. Unde dicit Alexander
 45 in Hales p. II q. 7, quod synderesis est potentia naturaliter habitata. Intellectus na-
 turaliter assentire maiori illi est synderesis. Et si ponitur habitus innatus, hic simpliciter
 est synderesis, quia est aliquid inextinguibile in homine instigans ad bonum et re-
 murmurans malo. In hoc enim instigat ad bonum et malo remurmurat, quia dicitur
 assensu de bono faciendo et malo fugiendo in universali. Siquidem huic naturaliter
 50 assentit: »Bonum est faciendum, malum fugiendum«. Assensus vero horum principio-
 rum et habitus acquisitus sunt effectus synderesis. Assensus quidem immediatus,
 habitus autem mediatius; qui pro tanto non sunt synderesis, quia exstinguibiles sunt.
 Non enim sunt coeae animae, sed acquiruntur per animam; sunt enim actus animae.
 Assensus autem conclusionis illatae et habitus derelictus ex assensu est conscien-
 55 tia actualis et habitualis. Hic enim assensus dictando aliquid faciendum aut facien-
 dum aut accusat vel excusat, dum fuerit conclusionis significantis aliquid sic facien-
 dum aut sic bene vel male factum. Non enim aliter testificatur, ligat, accusat, re-
 mordet aut excusat nisi dictando, scilicet quia est assensus aut habitus propositionis
 huiusmodi significantis seu quia assentit actu vel habitu propositioni huiusmodi signi-
 60 ficanti. Et si propositio fuerit vera, est conscientia recta; si falsa, est conscientia er-
 ronea. Hoc ergo est conscientia in practico, quod conscientia in speculativo, nisi quod
 conscientia frequentius accipitur pro habitu et »conscientia« frequentius pro actu.
 Definitio synderesis)

Possent ergo synderesis sic describi: Est potentia nata assentire naturaliter princi-
 65 pio practico evidenti ex terminis, dictanti, id est significanti, in universali aliquid
 operandum, appetendum vel fugiendum.

40 omnibus] omnis G
 45/46 Unde ... habitata om. G et Tr in
 54 textu, sed add. Tr in inferiore
 56 marg.
 45 dicit om. Tr
 46 q. 7] add. Tr tenet
 47 illi om. GTr] ponitur] ponetur G;
 48 ponetur Tr
 49 simpliciter] similiter Tr
 50 exstinguibiles] inextinguibiles L
 54 coae] coeae Tr; coeae TBL |
 sed ... animae om. GTr
 56 faciendum] add. Tr in marg.: obli-
 gat vel hortatur aut testificatur sic
 58 vel sic esse faciendum
 59 sic] sit TBL
 60/61 scilicet om. G
 seu ... significanti om. G
 id est significanti om. GTr | in uni-
 62 versali om. G in textu, sed add. in
 marg.
 55 V. supra lin. 43s. 45.
 58/59 Cf. supra lin. 15s.

46/47 Cf. Alex. II q. 73 m. 1 n. 417 sol. (II,
 492a/b).
 47 V. supra lin. 41s. 44.

Dicitur »potentia«: per hoc excluditur actus et habitus acquisitus.
Dicitur »nata assentire«, quia non oportet quod actu assentiat; quia etiam potentia dicitur synderesis, dum actu nullum principium apprehendit.

Dicitur »naturaliter«, id est statim apprehensio terminis, quia non requirit probationem vel discursum ad hoc, quod assentiat, sed ex condicione suae naturae, statim apprehensio terminis, non potest non assentire.

Dicitur »principio practico«, quia non dicitur synderesis respectu principii speculativi.

Quod sequitur »dictanti« etc. declarat hoc, quod dicitur principium practicum.

Dicitur »evidenti ex terminis«, quia respectu principii evidētis per experientiam non dicitur synderesis, eo quod tale principium apprehensum potest ignorari.

Additur »in universali« ad excludendum conscientiam, quae est conclusionis practicae in particulari dictantis etc.

(Definitio conscientiae)

Conscientia autem est notitia adhaesiva actualis vel habitualis conclusionis dictantis, id est significantis, in particulari aliquid bene et laudabiliter esse operandum vel omittendum aut enuntians operationem aliquam fieri aut factam esse, omitti vel omittam fuisse. »Enuntians«, id est significans.

Particulae satis patent ex praemissis, nisi quod hoc attendatur, quod dicitur »in particulari dictantis esse operandum« etc., per quod patet quod non quaelibet notitia conclusionis practicae dicitur conscientia. Non enim illius, quae tantum ostendit modum agendi, sicut conclusiones artium mechanicarum, quae ostendunt modum agendi; non tamen dictant aliquid esse agendum, ut dictum fuit quaestione paenultima Prologi. Sed solum illa notitia, quae ad prudentiam aut moralem scientiam pertinet, cui cum conformiter voluntas elicit vel deformiter, bene vel male operatur. Et ideo additum est etiam »bene et laudabiliter«.

Et tantum de illo articulo.

[Articulus 2]

[Conclusio 1]

Quantum ad secundum articulum est conclusio prima: Synderesis, quae est scintilla conscientiae, non est actus vel habitus in voluntate.

Probat: Quia synderesis est aliquid necessario dirigens, saltem in universali, ad operationem iustam et rectam; sed nihil tale pertinet ad voluntatem (nihil enim, quod est in voluntate, necessario inclinatur); ergo non est aliquid pertinens ad voluntatem. — Consequentia nota.

10	principio add. TBL: non	25/26	quae ... agendi om. GTr
18	autem om. GTr	28	cum om. TBL
19	id est significantis om. GTr	F 1	prima om. G
21	Enuntians ... significans om. GTr	4/5	nihil (2) ... inclinatur om. GTr
22	quod (2) quo Tr		

E 26/27 Cf. Biel, Prolog. q. 11 G 9-13.16-23.

29 V. supra lin. 19.

Maiores patet ex condicionibus synderesi attributis. Nam inclinatur ad bonum et remurmurat malo, et hoc necessario, quia scintilla inextinguibilis; igitur non potest non inclinare ad bonum, et ita necessario inclinatur ad bonum.

Minor probatur: Quia, cum voluntas sit potentia libera contingenter tendens in quolibet obiectum, etiam ultimum finem, ut patuit I dist. 1, nihil ad ipsum pertinens necessario inclinatur ad hoc vel ad aliud obiectum.

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Synderesis, quae est scintilla rationis, pertinet ad partem intellectivam hominis.

Probat: Quia pertinet ad partem hominis rationalem; et non ad voluntatem, ex conclusione praecedenti; ergo ad partem intellectivam.

Consequentia nota, quia pars rationalis hominis illas potentias tantum includit, intellectum scilicet et affectum, qui est voluntas.

Maiores ab omnibus est concessa, quia synderesis pertinet ad partem superiorem hominis, quae est rationalis.

Minor est conclusio praecedens.

[Conclusio 3]

Tertia conclusio: Synderesis, quae est aliquid intellectus, non est actus neque habitus.

Probat: Quia non est actus nec habitus acquisitus, quia synderesis est semper in homine, quia scintilla inextinguibilis; sed nullus actus vel habitus acquisitus est semper in homine. — Nec est habitus innatus, quia talis non est ponendus; id est nomen »synderesis« supponit pro potentia intellectiva connotans eam natam assentire principii practici, ut deductum est in not. 3; ergo conclusio vera.

[Conclusio 4]

Quarta conclusio: Synderesis est potentia intellectiva realiter principii practici ex terminis evidentibus nata assentire naturaliter.

Probat: Quia potentiae intellectivae conveniunt condiciones seu proprietates synderesi attributae. Ipsa enim est, quae assentiendo principii practici evidentibus et necessariis dictantibus aliquid operandum instigat ad bonum et dissentiendo contrariis remurmurat malo. Nam cum principia practica dictantia seu significantia aliquid esse operandum semper concordent rectae rationi et intellectus eis apprehensio

11	patuit] patet TBL pertinens om. G	28/30	id ... practici om. GTr
19	scilicet om. GTr affectum] effectum TB qui] quae Tr	G 5/6	contrariis] add. G supra hoc verbum: propositionibus
26	actus nec GTr (cf. infra lin. 27) om. TBL	6	seu significantia om. GTr (cf. supra E 2)
28	homine] add. G: igitur		

F 7 V. supra D 1s. 22s.

11 Cf. Biel I d. 1 q. 2 B 15-28.

16/17 V. supra lin. 4s. 10-12.

30 V. supra D 35-41; E 5s.

patet per illud *Glossae* super Ez.1 loquentis de synderesi. Dicit: »Hanc« (cum sicut in Proverbiis dicitur: »Impius cum in profundum venerit, contemnit«) »saepe praecipitari videmus et suum locum amittere, cum quidam sine pudore peccant, quibus merito dicitur: »Facies meretricis facta est tibi, noluit erubescere.«

Ad illud dubium respondet sanctus *Bonaventura* q.5 huius distinctionis, »quod synderesis quantum ad actum impediri potest, sed exstingui non potest. Ideo autem exstingui non potest, quia, cum dicat quid naturale, non potest omnino auferri. Unde *Glossa* Lc.10 super illud: »Abierunt semivivo relicto: »Immortalitatem exuere, sed rationis usum omnino abolere non possunt, quin homo possit sapere et Deum cognoscere.« Nec unquam vitium delet extrema naturae vestigia.«

Quamvis autem actus eius omnino auferri vel exstingui non possit, potest tamen ad tempus impediri, sive propter tenebram obcaecationis sive propter lasciviam delectationis sive propter duritiam obstinationis.

Propter tenebram obcaecationis impeditur, ne malo remurmuret, pro eo quod malum creditur esse bonum; sicut in haereticis, qui morientes pro impletate erroris credunt se mori pro pietate fidei et ideo remorsum non sentiunt, sed magis gaudium fictum et vanum.

Propter lasciviam delectationis: Aliquando enim in peccatis carnalibus ita absorbetur homo, ut remorsus non habeat locum, quia carnales homines tanto impetu delectationis feruntur, ut ratio tunc non habeat locum.

Propter duritiam obstinationis etiam impeditur synderesis, ne ad bonum stimulet; sicut in damnatis, quia adeo sunt in malo confirmati, ut nunquam possint ad bonum inclinari.

Et ita synderesis quantum ad instigationem ad bonum sempiternum habet impedimentum, et propterea quantum ad illum actum potest dici extincta. Non tamen est extincta simpliciter, quia habet alium usum, scilicet remurmurationis. Nam secundum illum usum, secundum quem synderesis habet pungeri et remurmurare contra malum, maxime vigeat in damnatis. Et hoc prout remurmuratio tenet rationem poe-

6	loquentis] loquens GTr (cf. Bonav.)	26	duritiam] duritiem T
7	saepe] sapiens Tr	27	quia] qui Bonav. confirmati GTr
8	quidam L (Bonav.)] quidem GTr-TB		(Bonav.)] obstinati TBL possint
13	sed (Glossa ord., Bonav.)] secundum GTr-TBL	31	TrBL (Bonav.)] possunt GT
18	duritiam GTr (Bonav.)] duritiem TBL		remurmurationis GTr (Bonav.)] remurmurationem TBL
21	magis GTr] add. G* TBL: propter; Bonav.: quoddam		

6/9	Cf. Bonav. ib. q.3 arg.1. - Cf. Hieron., Comment. I in Ez 1,6-8a (CChr 76, 12,229-232; MPL 25,22); lin. 7s cit. apud Bonav. ib.	10/35	Bonav. ib. q.2 resp. Le 10,30.
	Prov 18,3; cit. apud Hieron. ib. Bonav. om. hunc locum.	13/15	Glossa ord. in hunc locum; cit. apud Bonav. ib.
7		16	Aug., De civ. Dei XIX c.12 n.2 (CChr 48, 677,91 - 678,98; MPL 41,639); cit. apud Bonav. ib.
9	que ad verbum »tibi« apud Bonav. ib.		

non potest non assentire, stimulat ad bonum, in quantum totum liberum arbitrium habet unam causam partialem recte dispositam quia recte dictantem; cui si se conformaverit voluntas, erit semper recta, si se deformaverit, prava. Et haec potentia intellectiva est naturale lumen et naturalis scintilla, quae exstingui non potest, quia non potest non assentire principio ex terminis evidentialibus. Ipse quoque intellectus est in omni anima rationali, verius est ipsa anima rationalis.

Item: Synderesis est in anima rationali; et non habitus nec passio, id est actus; ergo potentia. Et non affectiva, quia illa non necessitatur respectu cuiuscunque obiecti; ergo intellectualis.

[Conclusio 5]

Quinta conclusio: Non in voluntate est conscientia, sed in intellectiva potentia.

Probatur: Quia conscientia est habitus vel assensus conclusionis practicae dictantis aliquid operandum esse vel omittendum aut testificans operatum esse vel omissum; talis autem est actus vel habitus intellectus; ergo conclusio vera.

Consequentia nota cum minore. - Maior patet ex dictis in art.1.

[Conclusio 6]

Sexta conclusio: Conscientia est actus vel habitus assensivus, non apprehensivus.

Probatur: Quia eiusdem obiecti eodem modo apprehensi possunt esse contrariae conscientiae, stante eadem apprehensione; ergo apprehensio obiecti non est conscientia. - Consequentia nota.

Antecedens patet, quia in diversis intellectibus simul aut in eodem intellectu successive, stante illo obiecto. Gratia exempli: In casu licite est iurandum eodem modo apprehensa possunt esse conscientiae contrariae, quia potest unus assentire, alius dissentire; qui sunt actus contrarii, et similiter habitus consequentes. Et per consequens conscientia non est actus aut habitus apprehensivus, cum idem numero vel specie sibiipsi non contrarietur.

[Articulus 3]

[Dubium 1]

H Quantum ad tertium articulum dubitatur primo: »Utrum synderesis possit per peccatum exstingui.«

Et videtur quod sic, quia in daemonibus et obstinatis peccatoribus viatoribus nihil est, quod inclinet ad bonum; igitur in eis non est synderesis. - Tenet consequentia, quia proprium est synderesi instigare et inclinare ad bonum. - Antecedens

16	ergo om. TBL	33	contrarietur] contrarietur GTr*
29	Gratia ... propositione om. GTr	H 1	possit GTr (Bonav.)] posset TBL
30	apprehens] apprehensio GTr (hic vero relatum ad obiecto, lin.29) TBL	3	peccatoribus viatoribus om. GTr

G 22	V. supra D 55-61; E 18-21.	H 1/2	Cf. Bonav. II d.39 a.2 q.2.
------	----------------------------	-------	-----------------------------

nae, non prout tenet rationem iustitiae; quia illa remurmuratio erit ad commendandam divinam iustitiam, non ad eliciendam fructuosam paenitentiam. « Haec ille.

Sed haec responsio videtur extendere nomen 'synderesis' ad conscientiam sive ad actum rationis deliberativum, sicut etiam *Glossa* super Ezechielem videtur synderesim extendere ad conscientiam. Unde in auctoritate allegata ex *Glossa* Ezechielis dicitur: «hanc tamen conscientiam», quamvis in prima parte auctoritatis nominat synderesim, quam vocat «scintillam conscientiae, quae in Cain non exstinguitur».

Unde clarius respondetur ad dubium, quod de synderesi possumus loqui quantum ad id quod est vel quantum ad actum eius.

Quantum ad primum est ipsa potentia intellectiva. Et illa est ipsa natura rationalis, quae manet in daemonibus et damnatis.

Quantum ad actum possumus dupliciter loqui:

Vel quantum ad actum immediatum; et hic est assensus principii practici evidentis ex terminis. Et quantum ad hunc exstingui non potest, potest autem impedi. Non potest exstingui, quin apprehensio clare terminis assentiat. Sic enim daemones et damnati apprehensio principii assentiunt; alioquin non remurmurarent, quia remurmurare nihil aliud est nisi certe et evidenter cognoscere contrarium principii practici fieri non debere, sicut instigare ad bonum nihil aliud est quam assentire et cognoscere principium ostendere aliquam operationem esse bonam et iustam eamque fieri debere. Hoc autem noverunt daemones et damnati; noverunt enim se prave velle agere et peccare. — Verum impedi potest, quia potest ratio turbari tantum poenis vel delectationibus aut alia dispositione necessaria, quod terminos principii clare apprehendere non potest aut se ad ipsum principium convertere ipsum advertendo, et sic impeditur quantum ad assensum.

Possumus etiam loqui de synderesi quantum ad actum mediatum, scilicet quantum ad actus deductos ex principii deliberatione media; qui actus sunt actus immediati conscientiae. Et quantum ad illos impedi potest, sicut et conscientia potest errare.

Et per hoc patet responsio ad dubium, quod synderesis quantum ad potentiam exstingui non potest, manente natura rationali. Quantum ad actum immediatum non potest exstingui, sic quod dissentiat principio; potest tamen non assentire principio, quia potest ipsum non apprehendere. Quantum vero ad actum mediatum idem est dicendum quod dicitur de conscientia, quia actus mediatum synderesis est actus immediatus conscientiae.

Ad rationem in propositione dubii motam dicitur quod in voluntate damnatorum nihil est, id est nullus habitus vel actus, qui ad bonum bene operandum inclinet; secundum in intellectu. Manet enim in eis cognitio boni et mali, alias tolleretur ab eis re-

34/35	commendandam GBL (Bonav.)]	48	enim] etiam Tr; add. GTr: et
	commendandum Tr-T	51	aliud om. G
35	eliciendam BL (Bonav.)] eliciendum GTr-T	53/54	agere et] et agere ac GTr
		65/66	quia ... conscientiae om. GTr
46	assensus] add. TBL: practicus	67	dicitur om. Tr
	practici GTr (cf. infra lin.50)] om. TBL	68	inclinet] inclinat GTr
		69	ab] in GTr

37/40 Cf. Thom., S.Th. I q.79 a.13 resp.

38/39 V. supra lin.6-9.

40 V. supra D 4s.

67 V. supra lin.2-5.

morsus et vermis. Et si inclinare est ostendere sive dictare bonum, conceditur quod in eis intellectus inclinatur ad bonum, quia dicitur bonum faciendum esse; sed voluntas non sequitur inclinationem.

Ad auctoritatem *Glossae* patet quod loquitur de actu voluntatis, qui est effectus remotus synderesis et conscientiae. Nam contemnere et peccare ad voluntatem pertinent (similiter et obstinatio), synderesis et conscientia ad rationem.

[Dubium 2]

Secundo dubitatur: Utrum conscientia liget hominem ad faciendum ea quae dictat faciendi et omittendum quae dicitur omittenda.

Pro solutione notandum quod dubium non quaerit de qualibet conscientia. Non enim de illa, quae solum est testificativa alicuius facti; illa enim non ligat nisi forte improprie ad credendum suo testimonio. Improprie dico, quia ipsa est met credulitas seu assensus propositionis testificantis; nihil autem proprie ligat seipsum, ut hic loquimur de ligatione. — Quaerit autem de conscientia, quae est assensus propositionis dictantis aliqua faciendi vel omittenda. In hoc autem conscientia dicitur aliquid faciendum vel omittendum, quia est assensus propositionis significantis tale aliquid esse lege constitutum vel ordinatum. Continet autem lex in Scripturis nobis tradita praecepta, prohibitiones, consilia, informationes et exhortationes. Praecepta obligant ad aliquid faciendum, prohibitiones ad aliquid vitandum; consilia ad aliquid perfectius, non tamen saluti necessarium, persuadent; informationes modum exsequendi consilia et praecepta convenienter tradunt; exhortationes vel preces amicitiales ad praedicta hilariter perficienda inducunt. Sola ergo praecepta et prohibitiones obligant ad exsequendum aut omittendum praecepta aut prohibita; cetera non obligant nisi ad non contemnendum. Conscientia vero est quasi praeco legis. Ostendit enim nobis legis dictamina, dictans assensive haec vel illa esse legis praecepta, prohibitiones vel consilia. Et ita ligat auctoritate legis, quam nobis insinuat ut insinuare putatur. «Opinio enim nostra nobis legem facit», ut dicit beatus *Ambrosius* libro De paradiso.

Per hoc ad dubium dicitur quod conscientia recta ligat nos eo modo quo dicitur legem nos ligare. Hoc est: si dicitur aliquid esse praeceptum, ligat ut praeceptum; si dicitur esse consilium, ligat ut consilium. Et breviter: Sicut praeco iudicis ligat eum, cui insinuat iudicis mandatum, non virtute sui, sed virtute mandati iudicis, ita conscientia, quae est velut praeco et nuntius legis.

70	dictare] add. G supra hoc verbum: assensive	9	est ... significantis] assentit propositioni significanti GTr
75	pertinet] pertinet GTr	K 2	aliquid] aliquid T
I 1	liget] ligat Tr	3	ut om. T
2	omittendum] add. GTr: ea	5	velut GTr (cf. supra I 17)] vere
4	solum om. Tr		TBL
5	est met] estimet L		

V. supra lin.5-9.

I 1/2 Cf. Bonav. II d.39 a.1 q.3.

20/21 Ambros., De paradiso, c.8 n.39 (CSEL 32/1, 296,13s; MPL 14, 309).
K 3/5 Cf. Bonav. ib. ad obi.3.

Verum quia duplex est conscientia, recta et erronea: recta, quae est conformis legi, erronea, quae est deformis legi. Recta obligat, ut dictum est. Erronea etiam obligat; sed non sicut recta. Non enim obligat ad faciendum quod contra legem dictat credens se conformiter legi dicere; quia tunc obligaret contra legem, et per consequens teneretur quis facere contra legem. Et cum lex obliget ad sui observantiam, quis simul obligaretur ad opposita impossibilia; quod est absurdum. Obligat ergo conscientia erronea ad deponendum eam; non vinculo conscientiae hoc dictantis, quia creditur non-erronea, sed vinculo divini praecepti, quia dicitur Eccli. 17: «Ne demoreris in errore.» Item, quia lex divina vetat continere Deum; qui autem agit contra conscientiam, qua credit Deum aliquid prohibuisse, licet erret, contemnit Deum; hunc autem vitare non potest nisi deponendo conscientiam; ergo tenetur deponere conscientiam.

Ex illo duo inferuntur:

Primum, quod omnis agens contra conscientiam contrarium praeceptum dictantem peccat mortaliter. — Patet per *Glossam* Rom. 14: «Omne quod non est ex fide, peccatum est.» *Glossa*: «Quod non est ex fide, id est quod est contra conscientiam», «peccatum est». — Et patet ratione: Quia contemnit Deum, contra cuius praeceptum se facere credit.

Secundum est, quod stante erronea conscientia de aliquo necessario ad salutem, quod saluti repugnat, id est quod est contra legem Dei, talis est perplexus. Ut exempli causa: Si conscientia Petri diceret eum debere adulterari, ut converteret adulteram ad fidem, manente illa conscientia Petrus est perplexus, quia non potest sic manens evadere peccatum mortale. Si agit secundum conscientiam, agit contra legem divinam, quam tenetur scire, et sic peccat mortaliter. Si omittit contra conscientiam, iterum aedificat in gehennam contemnendo. — Verum non est simpliciter perplexus, quia patet sibi via evadendi, scilicet deponere conscientiam erroneam. Quod si non facit, ex sua culpa est perplexus.

Sed dices: Quid, si esset error invincibilis? Respondetur: Dicendum est ut supra dist. 22. Nam in tali casu tenetur se conformare conscientiae et non legi divinae oppositum praeipienti, quam ignorat. Non enim obligat lex nisi scientem legem vel scire debentem. Vult autem Deus quod voluntas se conformet conscientiae non culpabili. Talis autem est conscientia erronea errore invincibili.

10	obligat] obligat TBL	19/20	Vult ... invincibili om. GTr in textu, sed add. G in marg.
14	Deum om. G		
5	Deum om. G	20	Talis ... invincibili] Conscientia erronea invincibilis non est culpabilis G
9	converteret] convertat Tr		
18	oppositum praeipienti om. GTr		
6/12	Cf. Bonav. ib. resp.	4/5	Glossa interl. in hunc locum; cit. apud Bonav. ib. arg. a.
7	V. supra lin. 1-3.		
13/14	Eccli 17, 26.	7/8	Cf. Bonav. ib. ad obi. 4 circa finem.
2/6	Cf. Bonav. ib. resp.	13/14	Cf. Bonav. ib.
3/4	Rom 14, 23; cit. apud Bonav. ib. et arg. a.	16/17	Cf. Biel II d. 22 q. 2 I 5-17.

DISTINCTIO QUADRAGESIMA

(Summarium Textus)

Egit de pravitate peccati quantum ad actum voluntatis interiore. Consequenter in quattuor distinctionibus sequentibus agit de eadem quantum ad actum exteriorum. Et primo de peccatis in generali, secundo de quodam peccato, scilicet in Spiritum Sanctum, in speciali, dist. 43 seu paenultima.

Circa primum primo agit de peccato actus exterioris quantum ad finis intentionem, secundo quantum ad principium movens, fidem scilicet et voluntatem, dist. 41, tertio quantum ad eius variam distinctionem, dist. 42.

Sententia huius distinctionis in sequentibus tribus conclusionibus colligitur.

Prima conclusio: Licet omnes actus in quantum natura quidem sint boni, quidam tamen simpliciter non boni, sed mali sunt dicendi.

Secunda conclusio: Nullus actus bonus esse poterit, si non causam bonam et finem bonum habuerit.

Tertia conclusio: Quaedam constat esse peccata, quae nulla bona intentione sunt facienda.

Has in Textu *Magister* multipliciter deducit.

QUAESTIO UNICA

Circa hanc distinctionem quaeritur:

Utrum ex sola intentione finis attendatur bonitas operis

Positis notabilibus ac conclusionibus pro articulis primo et secundo, movebuntur dubia et solventur pro articulo tertio.

[*Notabile 1*]
[*Articulus 1*]

Quantum ad primum supponitur nunc ex dictis in III dist. 23 q. 1, quod opus bonum moraliter est opus elicatum aut imperatum conformiter ad dictamen rectae, id est inculpabilis, rationis. Et quoniam multa dictat ratio recta debere convenire actui, ut sit rectus, ex pluribus dependet eius ratio bonitatis.

4	seu paenultima om. GTr	A	2	attendatur] attenditur GTr
9.11.13	conclusio om. GTr		4	pro ... tertio] per articulum tertium BL
9	omnes TBL (cf. Lomb.)] omnis GTr quidem] quidam GBL; quaedam TrT sint boni TB (cf. Lomb.)] sit bonus GTr; sint bona L		7	ex ... q. 1 om. GTr
			8/9	id est inculpabilis om. GTr
9/10	Cf. Lomb. II d. 40 c. un. n. 1 (c. 1 n. 364; MPL 192, 747).		13/14	Cf. Lomb. ib. n. 4-14 (c. 2-4 n. 365-368; MPL 192, 748).
11/12	Cf. Lomb. ib. n. 2s (c. 1 n. 364; MPL 192, 747).	A	7/9	Cf. Biel III d. 23 q. 1 I 7-27. 39-43.95-113.

Nam »prima ratio bonitatis eius est convenientia eius ad efficiens«, puta quia est ab efficiente libero. Commune enim est tam actui virtuoso quam vitioso quod libere eliciantur seu producantur. »Neque enim actus est laudabilis neque vituperabilis nisi sit a libera »voluntate«; in involuntariis enim neque laudamur neque vituperamur, III Ethicorum.

Secundo requiritur convenientia actus ad obiectum. Quod si est convenientis secundum dictamen rationis, id est tale quale recta ratio dicitur, actus dicitur bonus ex genere, quia est adhuc indifferens ad reliqua ad bonitatem actus requisita, sicut genus indifferens est ad differentias ipsum dividentes, id est indifferenter de quolibet praedicatur. Et intelligendum est de obiecto primario sive principali, non de secundariis; quia etiam circumstantiae sunt obiecta secundaria, saltem respectu actus interioris elicti, ut in III q.1 dist.23 dicitur.

Requiritur deinde convenientia actus ad circumstantias sive obiecta secundaria, quorum principalis est finis, ut scilicet ille finis intendatur, quem ratio recta dicitur esse intendendum. Nec tamen finis sufficit, sed requiritur etiam circumstantia for-
mae, id est modi, ut fiat quomodo fieri debere ratio dicitur. Deinde sequuntur circumstantiae magis extrinsecae, puta loci et temporis etc. Illa satis patent ex Ethicis et declarabuntur in III, ubi tractari solet de virtutibus.

[Notabile 2]

B Secundo notandum quod nomen »intentio« apud sanctos dupliciter accipitur, ut vult sanctus Bonaventura q.1 huius distinctionis: »Uno modo »intentio« dicitur volitionem finis simpliciter, alio modo dicitur volitionem finis, ad quem aliquod medium ordinatur. Et ita supponit pro volitione finis et connotat medium seu aliquid in ipsum ordinatum.

Et secundum hoc dupliciter attenditur bonitas intentionis:

Uno modo dicitur intentio bona tantum ratione finis, quia est volitio talis finis, quem recta ratio dicitur volendum, non curando de mediis. Sic omnis volitio honestatis, pacis, dilectionis Dei et proximi propter se dicitur intentio bona.

Secundo modo dicitur intentio bona non tantum ratione substrati, sed etiam ratione rationis, quae ordinatur in sic volitum. Et sic dicitur intentio bona, in qua est bona et perfecta ordinatio operis ad finem intentum bonum.

20	praedicatur] peccato TBL	B	8	Sic] Sicut Tr
22	ut ... dicitur om. GTr	10	tantum] tamen T	substrati] sub-
28	deklarabuntur] declarabunt TB	13	qua GTr (Bonav.) quo TBL	
11/14	Cf. Scot. II d.40 n.3 (VI/2, 1028s).	23/27	Cf. Scot. ib.	
14/15	Cf. Arist., Eth. Nicom. III c.1 (1109b 31s). Cf. etiam ib. II c.4 (c.5) (1105b 31 - 1106a 2, 1106a 7-9).	28	Cf. Biel ib.	
		B	1/3	Cf. Bonav. II d.40 a.1 q.1 resp.
16/19	Cf. Scot. ib. (VI/2, 1029).	6/8	Cf. Bonav. ib. (Allo modo).	
21/22	Cf. Biel ib. L 16-59.	10/13	Cf. Bonav. ib. (Uno modo).	

Et ita ad bonitatem intentionis requiritur utrumque: et bonitas finis et recta ordinatio mediorum ad finem. »Haec enim duo necessario requiruntur ad hoc, quod occupus sit simplex, sicut dicit beatus Bernardus ad Eugenium, scilicet quod veritas sit in electione et caritas in intentione. Hoc est dicere, quod tunc est oculus mentis simplex sive intentio bona, quando hoc amat finaliter, quod est amandum, et eligit, quod est eligendum.« Et hoc modo simpliciter verum est: »Si oculus est simplex, totum corpus lucidum erit«, quia intentione existente hoc modo bona, opus est bonum. Haec de articulo primo.

[Conclusio 1]

Quantum ad secundum articulum est conclusio prima: Accipiendo intentionem primo modo, ad bonitatem operis non sufficit bonitas intentionis.

Probat conclusio: Quia ad bonitatem operis requiritur convenientia obiecti et integritas omnium circumstantiarum, quas recta ratio adesse debere dicitur actui, sicut e converso ad malitiam sufficit defectus alicuius horum, quae recta ratio dicitur adesse debere; sed stat intentionem finis esse bonam et tamen deficere vel obiectum debetum vel alias circumstantias, unam vel plures; ergo stat intentionem esse bonam et opus esse malum. - Consequentia manifesta.

Et maior patet, quia »bonum est ex causa integra, malum autem omnifarium«, ut dicit Dionysius, et consonat Philosophus II Ethicorum.

Minor probatur: Quia si quis furatur diviti, ut subveniat pauperi, intentio quidem bona est, quia finis, scilicet subvenire pauperi, bonus est; et tamen deficiunt ibi rectitudo obiecti, quia dat de non suo, et modi et circumstantiarum ceterarum. Et sic de multis aliis; ut si quis mentitur, ut liberet innocentem, aut interficit persequentem, non interveniente legitima auctoritatis potestate. In quibus finis bonus est, electio autem contra dictamen rationis mala.

Corollarium, quod bonitas finis non excusat male eligentem. - Patet per illud Apostoli ad Rom.3 condemnantis dicentes: »Faciamus mala, ut eveniant bona.«

16	scilicet om. GTr	C	7	unam] unum TB
21	Haec ... primo om. G	11	quidem om. GTr	
		13	quia ... suo om. GTr	
		15	est om. G	

14/20	Cf. Bonav. ib.	A	2-6 (VI, 164).	Cf. Bonav. ib. ad
15/16.16/17	Cf. Bern. Claraevall., De praeept. et dispens. c.14 n.36 (Lecroq-Rochais III, 279,3s; MPL 182, 881); cit. apud Bonav. ib.	10	Cf. Arist., Eth. Nicom. II c.6 (1106b 28-35); cit. apud Biel ib.	
19/20	Mt 6,22; cit. apud Bonav. ib.	11/15	Cf. Aug., Contra mendacium c.7 n.18 (MPL 40, 528s); cit. apud Lomb. II d.40 n.7s (c.3 n.366; MPL 192, 748) et alleg. apud Bonav. ib. resp.	
1/2	V. supra B 7-9.			
9	Cf. Ps.-Dionys., De div. nom. c.4 §80 (Dionysiaca I, 298s; cf. MPG 3, 729 C); cit. apud Biel, Exp., lect.88	18	Rom 3,8; alleg. apud Bonav. ib.	

[Conclusio 2]

D Secunda conclusio: Ad malitiam operis sufficit malitia intentionis. Probatur ex probatione concl. 1. Nam ad hoc, ut opus aliquod sit malum, sufficit defectus uniuscuiusque requisitorum ad operis bonitatem; sed ad operis bonitatem requiritur bonitas intentionis, ut patet ex not. 2; ergo eius defectus sufficit ad malitiam operis. Sed ubicumque est intentio mala, deficit intentio bona, quia contraria simul stare non possunt; et per consequens intentio mala sufficit ad malitiam operis. Non tamen requiritur semper intentio mala, quia potest operatio esse mala, intentio-
ne existente bona, propter defectum alterius circumstantiae.

[Conclusio 3]

10 Tertia conclusio: Bonitas intentionis dicta secundo modo sufficit et requiritur, ut bona sit operatio.

Probatur: Quia ista bonitas includit integritatem omnium requisitorum, quia finis et mediorum; talis autem integritas requiritur et sufficit ad bonitatem cuiuslibet operis, ut dictum est; ergo conclusio vera.

15 Et de intentione bona illo modo accepta intelligendae sunt auctoritates sanctorum inuentium, quod ex intentione dicitur opus bonum vel malum. Ut illa Ambrosii: »Affectus tuus operi tuo nomen imponit«, et illa Salvatoris: »Non potest arbor bona fructus malos facere«; ubi secundum Ambrosium per affectum et arborem bonam secundum Salvatorem intelligitur intentio bona secundo modo dicta.

[Articulus 3]

[Dubium 1]

E Quantum ad tertium articulum est primum dubium: Utrum quantitas bonitatis operis commensuretur quantitati bonae intentionis. Quod est quaerere: Utrum opus bonum sit tantum bonum quanta est bonitas intentionis.

Respondet hic sanctus Bonaventura per distinctionem intentionis similem ei, quae dicta est in art. 1, scilicet »quod quantitas intentionis potest dupliciter attendi: aut ratione actus intendendi aut ratione obiecti intenti«, quod est finis tantum. Et conformiter »tantum«; »quantum« possunt accipi nominaliter, et sic respiciunt intentionem; vel adverbialiter, tunc respiciunt actum intendendi.

D 2	ut] quod GTr	E 1	bonitatis] boni TBL
3	uniuscuiusque] uniuscuiuscumque GTr	2	bonae] boni T
		5	est om. G
18	secundum Ambrosium om. GTr	6	tantum om. GTr
18/19	secundum Salvatorem om. GTr	7	tantum] add. L: et

D 2	V. supra C 5-8.	17/18	Mt 7,18; cit. apud Lomb. ib. n.1 (c.1 n.364; MPL 192, 747). Cf. etiam Bonav. ib. arg. 2.
4	V. supra B 6-15.		
10	V. supra B 10-13.		
14	V. supra A 23-27; C 3-6.	E 4/5	V. supra B.
17	Ambros., De officiis I c.30 n.147 (MPL 16 [1845], 66 A); cit. apud Bonav. ib. a.1 q.1 arg.1 et ad obi. 1.	5/6	Bonav. ib. q.2 resp.
		7/8	Cf. Bonav. ib.

Primo modo quantitas operis non commensuratur quantitati intentionis quantum ad bonitatem et malitiam, »quia opus exterius factum non semper commensuratur ei, quod intentio intendit«, id est finis. »Frequenter enim homo intendit facere magnum bonum et facit parvum, quia modicam habet caritatem.« Sic etiam in malis: Non semper »qui intendit parum peccare, parum peccat«, licet qui intendat multum peccare, multum peccet, etsi actus sit modicus.

Secundo autem modo accipiendo, sic quantitas operis attenditur ex quantitate intentionis quantum ad bonitatem et malitiam, »quia quantus est actus intendendi in bonitate et malitia intensus« ex omnibus circumstantiis, tantus est actus exterior bonus aut malus. »Omne enim meritum et demeritum« actus exterioris »reducitur ad actum voluntatis« interiore. Et ideo secundum intentionem bonitatis actus interioris mensuratur bonitas actus exterioris. Sic de malitia.

[Dubium 2]

Secundo dubitatur: Utrum intentio bona absque opere exteriori sufficiat ad merendum vitam aeternam.

Respondet sanctus Bonaventura q.3 huius distinctionis distinguendo, quia aut habens bonam »intentionem habet facultatem bene operandi aut non. Si non habet facultatem, cum nemo obligatur ad impossibile«, »sola plenitudo voluntatis internae sufficit ad meritum, sine opere exteriori. Si autem assit facultas et offert se opportunitas, intentio non potest ad meritum sufficere absque exteriori »operatione«. Cuius ratio est triplex, scilicet »divini mandati obligatio, virtutis perfectio et voluntatis plenitudo«.

Divini mandati obligatio, quia »mandata non solum obligant ad volendum, sed etiam ad faciendum. Et ideo qui non implet mandatum, cum possit« et assit opportunitas, »potius meretur iram quam« gratiam.

Virtutis perfectio, quia »virtus est ultimum potentiae et ideo elevat potentiam ad aliquod magnum«, in quod potest potentia, »et ad arduum. Potentiae autem animae« ordinantur ad opera etiam exteriora. Ideo virtus non est perfecta nec ultimum potentiae, nisi extendat se ad opera exteriora, ultra quae non sunt alia, et ita sunt ultima, in quae potest potentia, dum adest facultas et operandi opportunitas. Extendit se ergo virtus ad opera exteriora, si fuerit perfecta.

Voluntatis plenitudo, quia non est plena nec efficax voluntas, nisi ponat in effectu quod potest; alias dicitur semiplena et pigra, sicut »piger vult et non vult«. Sicut qui

14	etsi ... modicus om. GTr	F 8	triplex scilicet om. GTr (Bonav.) voluntatis GTr (Bonav.) bonitatis TBL
19	intensionem (cf. supra lin.17)] intensionem TBL	14	in ... potentia om. GTr (Bonav.) exteriora om. GTr [fuerit] fuerint G
		18	
		10/20	Cf. Bonav. ib.
		13	Cf. Arist., De caelo I c.11 t.116 (281a 10-12)
		20	Prov 13,4; cit. apud Bonav. ib.
9/14	Cf. Bonav. ib.		
15/19	Cf. Bonav. ib.		
F 1/2	Cf. Bonav. ib. q.3.		
4/9	Bonav. ib. resp.		

appetit scire et non laborat in studio, vult scientiam imperfecte; qui vero vult scientiam perfecte et efficaciter, haec operatur et nihil negligit requisitum ad scientiae acquisitionem.

25 »Quia ergo, dum adest facultas et se offert opportunitas, absque operibus exterioribus non est mandatorum Dei impletio nec virtutis perfecta ratio nec voluntatis plenitudo, et absque his non est sufficientia meriti, hinc est quod ad meritum vitae aeternae non sufficit bonitas intentionis absque bonitate operis exterioris.« Haec sanctus *Bonaventura*. — Quae intelligenda sunt, dum et quando recta ratio dictat sic esse operandum aliqua operatione exteriori.

30 Et secundum hoc intelligendae sunt auctoritates sanctorum, quorum aliquae videntur sonare, quasi sola voluntas sufficit; quae intelligendae sunt: dum deest facultas aut non est operandi opportunitas. Aliae, quod non sufficit voluntas sine operibus; quae verae sunt, dum adest facultas et opportunitas.

21	vero om. G	29	aliqua ... exteriori om. GTr
22	haec om. GTr	31	sufficit] sufficiat BL
28	sanctus om. GTr	33	dum] si GTr
24/27	Bonav. ib.	31/32	Cf. Bonav. ib. ad obi.1 et 2.
30/31	Cf. auctoritates apud Bonav. ib. arg. 1-3 citatas.	32/33	Cf. auctoritates apud Bonav. ib. sed c. a-e citatas.

DISTINCTIO QUADRAGESIMA PRIMA

(Summarium Textus)

Egit de peccato actus exterioris quantum ad intentionem finis. Agit consequenter de eisdem quantum ad principium fidei et voluntatis, investigans, an omne opus, quod non est ex fide, sit peccatum, an etiam omne peccatum sit voluntarium.

Colligitur autem sententia Textus in tribus conclusionibus, quae sequuntur.

Prima conclusio: Quamvis *quorundam* opinio omnem actum non ex fide et caritate procedentem peccatum esse astruat, *aliorum* tamen sententia quosdam infidelium actus bonos fore, non autem meritorios, probabiliter affirmat.

Secunda conclusio: Nullum est peccatum, quod non sit modo quodam voluntarium.

Tertia conclusio: »Cum voluntas mala peccatum sit mortale, constat« voluntatem ipsam mortale peccatum esse.

Declaratio patet in Textu.

QUAESTIO UNICA

Circa distinctionem quaeritur:

Utrum inter humanos actus aliquis indifferens sit dicendus

Notabilibus praemissis, conclusiones subiunguntur cum dubiis.

[*Articulus 1*]

[*Notabile 1*]

Quantum ad primum notandum quod per actum humanum intelligitur actus hominis deliberativus, id est actus libere productus cum certa apprehensione obiecti. Unde casualis fricatio barbae aut motus manus aut pedis factus non a proposito non dicitur humanus.

[*Notabile 2*]

Secundo notandum, suppositis his quae habet *Occam* III Sententiarum q.10 et 13, item quae tanguntur III dist.23 q.1 Collectorii huius, item in III Quodlibeto *Occam* in diversis quaestionibus, utputa q.13, 14, 15, item Quodlibeto IV q.6 in quaestione de connexione virtutum et alibi, quod 'actus indifferens' dupliciter accipitur:

1	consequenter om. GTr	A	7	actus] add. Tr: hominis
5.8.9	conclusio om. GTr		11/14	suppositis ... alibi om. GTr
5/7	Cf. Lomb. II d.41 c.1 (c.1-3 n.369s; MPL 192, 749s).	A	11	Cf. Occ. III q.11 O/P (VI, 383, 19 - 387, 7); q.13 B-G.
8	Cf. Lomb. ib. c.3-5 (c.4s n.372s; MPL 192, 750s).		12	Cf. Biel III d.23 q.1 N/O.
9/10	Cf. Lomb. ib. c.6 (c.6 n.374; MPL 192, 751).		12/13	Cf. Occ., Quodl. III q.14-16 (IX, 253-267).
			13/14	Cf. Occ. III q.12 (= Quodl. IV q.6) a.4 dub.1 UU; ad dub.1 YY (edetur in: Opera Theologica VIII).

15 Uno modo pro actu humano, qui nec est virtuosus nec vitiosus, puta qui non est elicitus vel imperatus conformiter rectae rationi et propter hoc quod ratio sic dictavit fiendum, neque deformiter contrarie, licet deformiter contradictorie. Ut si aliquis actum aliquem elicit vel imperat non quia sic fieri debere recta ratio dictavit, nec oppositum, sed quia ita facere placuit; ut operari aliquid pro delectatione, quod recta ratio neque dictavit neque eius contrarium.

20 Secundo modo accipitur 'actus indifferens' ut est actus primo indifferens, nec bonus nec malus moraliter, potens idem numero fieri bonus et malus, non simul, sed successive. Ut est actus primo non ordinatus in finem aliquem, ordinabilis tamen in finem bonum et etiam in finem malum; ut ire ad ecclesiam, quod primo non ordinatur in finem virtutis et post fieri propter finem laudabilem vel vituperabilem.

[Notabile 3]

B Tercio notandum quod actus humanus bonus est duplex: Quidam est intrinsece bonus et virtuosus, quidam extrinsece. Intrinsece virtuosus seu bonus est, qui est bonus necessario, ita quod non potest esse actus humanus et non esse bonus. - Extrinsece virtuosus est, qui est virtuosus per coexistentiam aliquis alterius actus, sine quo esse potest; et ita est contingenter bonus, quia posset esse idem numero et esse non bonus. De hoc infra III dist. 23 q. 1.

[Articulus 2]

[Conclusio 1]

C Quantum ad secundum articulum est conclusio prima: Aliquis actus voluntatis tam elicitus quam imperatus potest esse indifferens primo modo, id est nec bonus neque malus.

15 Illa conclusio probatur primo de actu elicto; illo enim probato, patet de actu imperato. Nam voluntas potest aliquem actum elicere propter finem a se praestitutum et non tamen dictatum a recta ratione, cuius contrarium etiam non dictat ratio; et talis nec est bonus moraliter neque malus; ergo indifferens. - Consequentia nota ex quid nominis actus indifferens primo modo accepti.

10 Maior probatur: Quia potest voluntas alicui velle bene facere ex sua libertate absolute hoc quod ratio dicit illi esse beneficiendum vel eius oppositum, quia, cum voluntas potest sibi praestituere finem contra rectam rationem, ut delectationem novam, ergo multo magis potest praestituere sibi finem, qui non est contrarius rectae rationi. - Consequentia nota, quia si potest contra rationem, potest etiam praeter rationem. - Antecedens patet, quia voluntas potest frui seipsa aut creatura; quo casu praestituit sibi finem contra rectam rationem.

16/17	et ... fiendum om. GTr	B	5	potest] posset GTr
19	oppositum] add. GTr: dictavit	6		De ... q. 1 om. GTr
21	ut est om. GTr indifferens (2) om. GTr	C	4/5	illo ... imperato om. GTr
	tamen om. GTr	6		tamen om. GTr
23		10		esse om. TBL
B	6			V. supra lin. 5s.
C	2.8		9	V. supra A 15-20.
	4/5		14	V. supra lin. 9-12.
				V. infra lin. 24-27.

Minor principalis probatur: Quia talis actus sic elicitus non est elicitus secundum dictamen rectae rationis; ergo non est virtuosus. Nec contra dictamen rationis; ergo nec vitiosus. - Confirmatur: Voluntas potest elicere actum conformem rectae rationi, ut gratia exempli velle reficere esurientem pauperem, quod ratio dictat esse faciendum, et tamen non elicere propter hoc, quod ratio recta dictavit esse volendum; in quo casu actus ille non est vitiosus, quia est conformis dictamini rectae rationis, nec virtuosus, quia non elicitur propter hoc, quia sic dictatum est, quod tamen requiritur ad hoc, ut actus sit virtuosus.

20 Probatur etiam conclusio de actu imperato, quia qualis est actus elicitus, talis est et imperatus, cum bonitas actus imperati dependet a bonitate actus elicti, similiter et eius malitia et indifferentia; igitur, cum elicitus potest esse indifferens, etiam imperatus poterit esse indifferens.

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Omnis actus imperatus a voluntate, sive intellectus sive aliterius potentiae, est indifferens secundo modo et extrinsece.

Probatur conclusio: Quia omnis talis manens idem numero potest primo esse nec bonus nec malus et post fieri bonus ac deinde malus, et e converso; ergo omnis talis est indifferens extrinsece.

5 Tenet consequentia, quia ille actus dicitur indifferens extrinsece, qui potest fieri bonus et malus ac mutari de opposito in oppositum; ille vero intrinsece indifferens, qui nec est bonus nec malus nec potest fieri bonus neque malus manens naturaliter idem numero.

10 Antecedens patet, quia omnis talis actus manens idem in se vel in esse naturae potest fieri diversa intentione. Potest enim ordinari in diversos fines et secundum hoc mutari de bonitate in malitiam moralem et e converso. Potest enim quis speculari propter Deum primo et continuare eundem speculationis actum propter vanam gloriam. Et sicut est de actu intellectus, et similiter de actibus exterioribus.

[Conclusio 3]

Tertia conclusio: Aliquis actus elicitus a voluntate non est indifferens, sed virtuosus necessario et intrinsece.

Probatur illa conclusio: Quia aliquis actus est contingenter virtuosus; ergo aliquis est necessario virtuosus.

19	esse om. Tr	8	quij] quia GTr naturaliter om.
22	est om. GTr		TBL
D	6	11	enim om. GTr
16	V. supra lin. 7.	E	3/12
D	2		Cf. Biel ib. K 24-35.41s. Cf. Occ. III
6/9	V. supra A 21-25.		q. 12 (= Quodl. IV q. 6) a. 1 concl. 3 E
10	Cf. Biel III d. 23 q. 1 K 5-12.		(edetur in: Opera Theologica VIII);
	V. supra lin. 3s.		Quodl. III q. 14 concl. 2 (IX, 255, 46-58).

5 Tenet consequentia, quia omnis actus virtuosus contingenter est de se indifferens ad esse vitiosum et virtuosum. Si ergo sit determinate virtuosus, hoc erit per confor-
 10 mitatem eius ad alium actum interiore virtuosum. Aut ergo ille actus interior est contingenter virtuosus aut necessario. Si secundum, habetur propositum. Si pri-
 15 mum, quaero similiter de illo secundo actu sicut de primo, et oportet dare tertium, propter quem secundus sit determinate virtuosus; et ita fieret processus in infinitum, qui est impossibilis. Tunc enim nullus actus esset virtuosus, quia non posset
 20 deveniri ad primum, propter quem alii dicerentur virtuosus.

Quod autem omnis actus contingenter virtuosus fiat virtuosus determinate per alium actum virtuosum novum, probatur: Quia non potest fieri actus non-virtuosus de novo
 15 virtuosus nisi per mutationem aliquam, scilicet productionem alicuius novi aut per destructionem alicuius praexistentis, quia non potest fieri transitus sine mutatione; non autem in proposito fit illa mutatio sive transitus per destructionem, manifestum
 20 est; ergo aliquid novum producit. Illud autem non potest esse nisi actus novus virtuosus libere a voluntate elicitus. – Probatur: Quia impossibile est actum non-vir-
 25 tuosum fieri virtuosum per actum naturalem et non-liberum, qui non est in potestate voluntatis, quia propter actum naturalem nihil est laudabile vel vituperabile; omnis actus autem praeter actum voluntatis est naturalis et non in potestate voluntatis; ergo
 30 necesse est actum illum novum, per cuius conformitatem actus non-virtuosus fit virtuosus, esse actum liberum et in potestate voluntatis.

Ex quo sequitur quod actus non potest fieri virtuosus, qui prius fuit non-virtuo-
 25 sus, per solam coexistentiam novam rectae rationis; quia nisi interveniat actus volun-
 30 tatis, quem libere elicit secundum dictamen rationis et propter hoc, nullus actus fit de novo virtuosus. Patet de actu interiori elicto. Quia si fuerit in voluntate actus elicitus, quo vult voluntas aliquid volubile convenienter propter debitum finem cum ce-
 35 teris circumstantiis omnibus requisitis, excepto quod non elicitur propter hoc quia sic ratio dictavit, ille actus non est virtuosus; quia quamvis voluntas sic eliciendo elicit quod iustum est, sed non quomodo iuste operatur, id est non quia iustum est. Sic enim iusti operantur quae iusta sunt, ut patet II Ethicorum. Ergo tali actu in volun-
 40 tate iam existente, quantumcumque coexistat ratio recta, non erit virtuosus, quia non est elicitus propter hoc. Sed si debeat fieri virtuosus, oportet quod continetur propter hoc. Et id non potest fieri nisi per novum actum voluntatis, quo voluntas
 45 actum, quem non elicit quia sic dictatum est a ratione recta, continuet quia sic dic-
 50 tatum est a ratione recta.

E 6 et] vel Tr | sit] fit G 36 id om. GTr
 11 enim om. GTr 37 actum] add. GTr*: habet; sed del.
 15 per (2) om. GTr Tr et add. supra hoc verbum: hunc |
 20/21 qui ... voluntatis om. GTr recta om. GTr
 32 iuste operatur] iusti operantur GTr

13/14 V. supra lin. 6s.
 13/24 Cf. Biel ib. O 1-18.
 25/28 Cf. Biel ib. I 81-87.

33 Cf. Arist., Eth. Nicom. II c.3 (c.4) (1105b 9s).

Nec potest salvari per novum respectum actus iam elicti ad rationem rectam de
 5 novo sibi coexistentem. Quia si poneretur ille respectus, esset quid mere naturale et
 10 non in potestate voluntatis, et ideo per ipsum nihil erit virtuosum de novo sine novo actu voluntatis libere elicto. – Item: Propter illum respectum non est aliquis actus in voluntate elicitus propter hoc; ergo nec actus virtuosus. Antecedens probatur:
 15 Non actus praexistens, quia ante positionem respectus est elicitus, et ita respectu eius ratio recta non habet aliquam causalitatem. Oportet ergo ponere novum actum
 20 voluntatis. – Item: Tunc non posset esse actus conformis rationi in aliis circumstantiis in voluntate et ratio in intellectu, quin esset virtuosus, quia illis positus, ponitur respectus, quia est intrinsecus, per quem actus est virtuosus. Consequens falsum,
 25 quia si dictaverit ratio nunc esse subveniendum huic pauperi, quia est homo in necessitate extrema positus, et voluntas velit sic subvenire, sed non quia ratio hoc dic-
 30 tavit, sed ex mera libertate, actus ille non est virtuosus, ut probatum est; et tamen ibi ortus est respectus illius actus ad rectam rationem.

[Conclusio 4]

Quarta conclusio: Omnis actus voluntatis secundum dictamen rectae rationis et F
 propter hoc elicitus est necessario et intrinsece virtuosus.

Probatur: Quia omnis talis est virtuosus et non potest esse vitiosus manens na-
 5 turaliter idem numero, ut dicitur infra in III dist. 23 q. 1, seu manens actus huma-
 10 nus; ergo est intrinsece virtuosus. – Consequentia nota ex descriptione actus intrin-
 15 sece virtuosus.

Antecedens probatur pro prima parte: Quia si posset fieri vitiosus, maxime
 20 propter variationem alicuius circumstantiae finis vel alterius; ut si primo volo intrare ecclesiam propter Deum, postea volo idem propter lucrum. Sed hoc non. Probatur:
 25 Mutato fine in intentione, mutatur ipsa volitio, et distinguitur secundus actus sive secundum velle, quo volo intrare ecclesiam propter lucrum, a primo velle, quo volo
 30 intrare ecclesiam propter Deum – secus est de actibus imperatis, qui manent idem in esse naturae –; ergo non est idem actus primo virtuosus et secundo vitiosus. – Quod autem mutata circumstantia mutatur actus elicitus, probatur: Quia mutato obiecto
 35 mutatur actus elicitus tam voluntatis quam intellectus, quia penes obiecta distingu-
 40 untur actus; sed circumstantiae sunt obiecta partialia actus elicti voluntatis simul cum recta ratione; ergo horum aliqua mutata, mutatur actus elicitus. – Quod sint obiecta, probatur: Obiectum est, super quo actus fertur. Et ad propositum: Illud est obiectum volitionis, quod voluntas vult ipsa volitione, sicut obiectum intellectionis

40 esset] add. GTr: etiam 12/13 secus ... naturae om. GTr
 45/46 actum voluntatis om. G 12 idem] idem L
 49 est om. GTr 14 mutatur] mutetur GTr
 F 3/4 manens ... seu om. GTr (homolo- 15 mutatur] mutetur T
 tel.)

49/51 V. supra C 18-23.

F 1/2 Cf. Biel ib. I 95-97.

3/4 Cf. Biel ib. L 16-19.

5/6 V. supra B 2s.

7 V. supra lin. 3s.

7/13 Cf. Biel ib. L 20-33.

14/24 Cf. Biel ib. L 34-59.

15/16 Cf. Arist., De anima II c.4 t.33 (415a 16-22).

est, quod intellectus intelligit ipsa intellectione; sed voluntas volens aliquid cum certis circumstantiis vult etiam illas circumstantias, ut volens aliquid propter Deum et quia sic dictatum est et in tali loco et tempore, vult etiam Deum, rationem, tempus et locum, et omnia illa simul una volitione; ergo singula sunt partialia obiecta, quamvis unum sit principalis alio.

Praeterea: Nisi sic, sequitur quod nullus actus esset intrinsece virtuosus. Cuius oppositum probatum est. – Secundo sequitur quod de actu non-virtuoso et non-meritorio fieret actus virtuosus et meritorius per aliquid mere naturale, quod non est in potestate voluntatis. – Utrumque est inconveniens.

Primum probatur: Quia, cum actus voluntatis mutatur ad mutationem obiecti et non circumstantiarum, tunc quicumque actus voluntatis elicitus cum certis circumstantiis per rationem dictatis et ita virtuosus potest manere idem, variatis circumstantiis, manente eodem obiecto, et ita fieri virtuosus; et per consequens non erit intrinsece virtuosus.

Secundum probatur: Quia, si recta ratio non esset obiectum volitionis, eadem voluntas, quae prius non fuit virtuosa et meritoria, per solam assistantiam dictaminis rectae rationis fieret virtuosus et meritorius. Et sic per aliquid mere naturale, quod non est in potestate voluntatis, fieret de non-meritorio meritorium et de non-virtuoso virtuosum. Dictamen enim rationis non est liberum nec in potestate voluntatis; siquidem non est in potestate voluntatis quod ratio dicat.

Et dicitur notanter, quod actus necessario et intrinsece virtuosus est qui non potest fieri virtuosus, manens actus humanus, quia quicumque actus virtuosus voluntatis elicitus potest per potentiam Dei fieri non-virtuosus per divinum miraculum. Nam si actum talem Deus solus in voluntate conservaret suspendendo causalitatem prudentiae vel rectae rationis in conservando, iam ille actus non esset virtuosus, quia iam nullum haberet ordinem ad prudentiam, quia non dependeret ab ea in alio quo genere causae et esset perinde ac si nullum esset dictamen rationis. Sed tunc non esset actus humanus, quia non esset actus deliberativus neque obiecti ut cognitive apprehensi. Et licet in casu praedicto actus ille non esset virtuosus, non tamen virtuosus, quia non contra rectam rationem.

[Conclusio 5]

Quinta conclusio probabilis: Nullus actus indifferens elicitus potest fieri bonus aut virtuosus.

Probatur: Quia talis actus nec potest fieri bonus aut malus intrinsece nec extrinsece; ergo nullo modo. – Consequentia tenet ex sufficienti divisione.

20	sed] si TBL	46	dictamen] add. Tr: rectae
22	Deum] Deus BL rationem] ratio- nes TBL	47/48	cognitive] cognitivi GTr
26	non-virtuosus] virtuosus TBL		

25/26 V. supra E 8-12.

29 V. supra lin. 25.

34 V. supra lin. 26-28.

40/41 V. supra lin. 2-4.

43/48 Cf. Biel ib. K 15-21.

Antecedens patet. Quod non intrinsece, patet. – Nec extrinsece, quia hoc esset per conformitatem eius ad actum novum voluntatis respectu eiusdem obiecti intrinsece bonum aut malum. Sed hoc non, quia respectu eiusdem obiecti principalis non possunt esse plures actus simul. Si enim primo voluero A non propter finem virtutis, erit actus indifferens elicitus. Sed si postea voluero A propter Deum, elicitus secundo actu, primus destruitur, alias haberem simul duos actus respectu eiusdem obiecti, quod videtur inconveniens. – De hoc vide *Occam* in III q. 10 iuxta finem; et in *Collectorio* III dist. 23 q. 1 plura de hoc dicuntur, quae hic omittuntur, de bonitate actuum virtuosorum etc.

Ex illa conclusione sequitur quod actus elicitus indifferens est essentialiter sive intrinsece indifferens, ita quod non potest esse bonus neque malus. Et sic erit indifferens primo modo et non secundo modo dicto in art. 1.

Verum si teneretur: 'Voluntas potest simul habere duplex velle eiusdem obiecti', principalis conclusio illa cum suo corollario non esset vera.

[Dubium 1]

Quantum ad articulum tertium dubitatur primo: Utrum sit aliquis actus indifferens, comparando actum ad meritum et demeritum.

Respondetur primo de actu exteriori vel interiori imperato, secundo de actu interiori elicitu.

(I. Responsio de actu imperato)

De primo: Per omnia dicendum est de actu imperato respectu boni meritorii sicut respectu boni moralis. Nam actus imperatus bonus moraliter potest esse indifferens ad meritum et non-meritum.

Actus enim bonus moraliter imperatus, ut comedere comedenda pro loco et tempore pro sustentatione naturae, est actus moraliter bonus, et manens idem potest esse meritorius, ut si, manente actu comestionis, ordinem ipsum in Deum per caritatem inexistenter. Similiter si primo incipiam propter Deum, secundum illud *Apostoli*: 'Sive manducatis sive bibitis sive quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite', 1Cor. 10, et postea continuem propter naturalem sustentationem, ibi sistendo et non ultra in Deum ordinando, actus comedendi primo est meritorius et idem manens in esse moris et naturae desinit esse meritorius.

G 5	hoc om. G	H 3	actu (1) om. G
9	si om. GTr	6	est om. BL
11/13	De ... etc. om. GTr	10	naturae om. G
16	modo (2) om. GTr	15	primo] add. Tr: modo
17	teneretur] add. GTr: quod simul om. TBL		

G 5 Cf. supra C 5-18.

5/11 Cf. Occ. III q. 11 P (VI, 385, 19 – H 6/7 Cf. Biel ib. N 13-20.

15/16 V. supra A 15-20.

13 V. supra C 24-27.

1Cor 10.31.

Non tamen manens bonus moraliter potest esse demeritorius, quia cum actu peccati mortalis non potest stare, quod ipse idem sit bonus moraliter; quia si fuerit demeritorius, aut deficit aliqua circumstantia, quam recta ratio dictat inesse, aut adest aliqua, quam dictat non inesse debere. Et ita semper actus erit deformis contrarie rectae rationi et ita moraliter malus.

Actus tamen indifferens moraliter potest fieri meritorius et post demeritorius et e converso. Ut si intro ecclesiam propter finem indifferentem, gratia exempli propter recreationem, vel etiam finem moraliter bonum, non tamen quia ratio sic dictavit, sed ex mera libertate voluntatis, tunc est actus moraliter indifferens; si postea mutò intentionem, continuando actum intrandi ecclesiam propter Deum, erit meritorius, aut propter vanam gloriam, erit demeritorius.

(II. Responsio de actu elicto)

Secundo dicitur quod loquendo de actu elicto indifferenti secundo modo, quia nullus talis est indifferens moraliter, sic etiam nullus talis est indifferens quoad meritum et demeritum. — Patet, quia manens idem naturaliter non potest mutari de opposito in oppositum. Hoc enim fieri non potest nisi per mutationem alicuius circumstantiae; sed mutata circumstantia, mutatur actus elictus, ut patet ex art. 2, et ita non manet idem. — Vide pro intellectu clariori dicta in III dist. 23 q. 1.

Sed loquendo de actu indifferenti primo modo, id est nec meritorio nec demeritorio, praesuppositis his, quae dicta sunt supra dist. 28, recitat sanctus *Bonaventura* tres opiniones:

I Prima, quod nullus actus humanus deliberativus sit indifferens, quia « nihil facit homo ex deliberatione, quod non imputat Deus homini ad praemium vel ad demeritum ». Nam dicit *Apostolus* 1 Cor. 10: « Omnia in gloriam Dei facite », et ad Col. 3: « Omnia quaecumque facitis, sive in verbo sive in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite ». « Aut ergo actio nostra est in gloriam Dei aut non. Si sic, ergo bona; si non, ergo mala, quia » omittitur id, quod mandat *Apostolus*. « Unde in die iudicii de omni actu deliberativo rationem reddemus, ut dicunt. » Et « sicut non peribit capillus de capite, ita nec momentum » id est minimum de opere, ut dicit *Bernardus*; et *Anselmus*, « quod exigitur a nobis omne tempus impensum, quali-

24	etiam] add. GTr: propter	I	1	Prima] Una GTr humanus] add.
25	muto GTr: TBL] mutat G			GTr: seu
31	naturaliter om. GTr	2		homini om. TBL; Bonav.: ei
34	idem om. G Vide ... q. 1 om. GTr	8		opere GTr: TBL] tempore Bonav. et
				infra L 17; add. G supra lineam:
				sive tempore
29	V. supra A 21-25.	6/11		Cf. Bonav. ib. resp. op. 1.
32/34	V. supra F 3s. 7-17.	7/9		Cf. Gaufridus, Declamationes ex S.
34	Cf. Biel III d. 23 q. 1 L 20-36.			Bernardi sermonibus collectae, c. 44
35	V. supra A 15-20.			n. 54 (MPL 184, 465); cit. apud Bo-
36	Cf. Biel II d. 28 A-C.	8		nav. ib.
I 1/3	Bonav. II d. 41 a. 1 q. 3 resp. op. 1.	9/10		Lc 21, 18; cit. apud Bonav. ib.
3	1 Cor 10, 31; cit. apud Bonav. ib.			Anselm., Meditationes, med. 1
	arg. 1.			(Schmitt III, 77, 395; MPL 158, 723);
4/5	Col 3, 17; cit. apud Bonav. ib.			cit. apud Bonav. ib.
5/6	Bonav. ib.			

ter fuerit expensum ». Cui videtur illud verbum Salvatoris alludere: « Omne verbum otiosum, quod locuti fuerunt homines, de eo reddent rationem in die iudicii », Mt. 12. — Cuius opinionis videtur fuisse *Gregorius de Arimino*, ut supra tactum est dist. 28, qui omnem actionem nostram, quae non ordinatur in finem ultimum, pro eo quod caret circumstantia finis, dicit esse vitiosam.

Alia est opinio, quae dicit quod actio, quae non est propria voluntati sive homini rationali, ut comedere, ambulare etc., quae et brutis conveniunt, potest esse indifferens; actiones vero, quae propriae sunt homini, ut loqui, aut sunt bonae aut malae, nec vel reperire medium. Omnis enim, ut inquit, locutio bona est aut mala, quia utilis vel otiosa. Si otiosa, tunc est mala secundum verbum Domini de verbo otioso allegatum, propter quod beatus *Iacobus* in canonica sua dicit: « Qui in verbo non offendit, hic perfectus est vir. » Ideo « dicit *quidam*, quod verbum prius debet venire ad limam quam ad linguam ».

Sed utraque dictarum opinionum nimis artat viam ad regnum. Nam sic cogitatio de veritate non propter Deum esset peccatum, similiter si quis « ex naturali pietate vel civili urbanitate » salutaret occurrentem in via, peccaret; quod nimis durum est dicere.

Tertia est opinio, quam *ipse* approbat, quae ponit quod « non omnis actio non ordinata » in finem ultimum, scilicet Deum, est mala et demeritoria. Quaedam enim est non ordinata « propter inordinatam conversionem voluntatis ad creaturam, quaedam propter operantis negligentiam, quaedam propter operantis infirmitatem ». Prima « mala est malitia commissionis, secunda mala est malitia omissionis, tertia indifferens est ». Et illa est, quando aliquis « circa creaturam non afficitur inordinate », nec tamen actum circa illam « comparat ad Deum », hoc est ordinat in Deum, « sed facit propter aliquem finem, qui respicit indigentiam naturae, ut cum quis ambulat, ut recreetur, aut comedit, ut reficiatur. Talis actio est indifferens, quia Deus nec illam remunerat nec imputat in culpam. Et hoc quia in tali actione non est malitia commissionis, quia non est inordinata delectatio, nec etiam omissionis; non enim semper omittit homo », scilicet omissionis peccato, « quando actiones suas non refert in Deum. Indulgetur enim naturae fragili et infirmae, ut multa talia possit facere. Nec Deus requirit in tali statu distractionis et miseriae, quod omnia dum facit referat ad se. Requirit tamen aliquando, quando est locus et tempus. Et tunc si homo non referat, omittendo peccat. »

13	ultimum] add. Tr: dicit vitiosam	18	ut inquit] aiunt GTr
14	dicit ... vitiosam om. Tr: G: est	24	veritate] add. GTr: aliqua
	vitiosa	K 8	non-ordinata] inordinata TBL
16	etc. om. G potest] possunt GTr	3/4	quaedam] add. GTr: non-ordinata
16/17	indifferens] indifferentes GTr	8	qui] quae TB
10/11	Mt 12, 36; alleg. apud Bonav. ib. et	20/21	Iac 3, 2; cit. apud Bonav. ib.
	cit. ib. arg. 2.	21/22	Cit. apud Bonav. ib. Cf. H. Walther,
12/14	Cf. Greg. Arim. II d. 26-28 q. 1 a. 3		Proverbia Sententiaeque Latinitatis
	(VI, 73, 21 - 74, 2).		Medii Aevi I, n. 1153; III, n. 16069.
12	Cf. Biel II d. 28 A 36-44.	23/26	Cf. Bonav. ib. op. 1 et 2.
15/22	Cf. Bonav. ib. resp. op. 2.	K 1/16	Bonav. ib. op. 3.
19/20	V. supra lin. 10s.		

Secundum hanc igitur opinionem, quae temperatio et communior est, dicitur quod non omnis actus elicitus est meritorius vel demeritorius, sed aliquis est indifferens tam in habente gratiam quam non habente. Non enim omnis actus peccatoris peccatum est. Nam peccator honorando parentes, beneficiando indigenti, credendo verum non peccat, licet haec agendo non mereatur. Similiter existens in gratia et haec faciens propter naturalem honestatem, compassionem et veritatis apparentiam non meretur, eo quod non per gratiam haec refert in Deum. Sed nec demeretur, quia a Deo non obligatur omnem actum suum referre in Deum. Non enim praecepta, quae ad certos actus certo modo agendos obligant, pro semper obligant, sed pro certo tempore, loco vel causa etc., quibus existentibus si non referret, peccaret. Posset quidem Deus secundum iustitiae rigorem omnem nostram vitam et actionem exigere, ut in eum referremus, sed non exigit per misericordiam. Hinc sumpsisse *Cancellarium Parisiensem* aestimo, quod in suo Tripartito cap. 4 scribit: «Cognoscens», inquit, «ipse piissimus Pater nostram fragilitatem et exiguum potentiam, non requirit a nobis omne servitium, quod secundum iustitiae rigorem exigere posset. Dedit quin potius certum numerum praeceptorum, quorum observatio sibi sufficiens esset, quae etiam legis decalogo continentur.» Sic et gratiae divinae ac misericordiae deputat, quod non omnem offensam «vult de facto imputare ad mortem» aeternam, «cum id iustissime posset», quia omnis Dei offensa de sua indignitate est mortifera et secundum strictam Dei iustitiam a vita gloriae exclusiva; immo de facto excluderet, nisi remitteretur, ut idem *Gerson* probat in *De vita spirituali animae* lect. 1.

L Per hoc ad motiva primae opinionis dicitur quod verbum *Apostoli* consilium est, non praeceptum, sicut multae aliae monitiones eiusdem *Apostoli* et *Sapientis* in Proverbiis et ceteris Sapientiae libris. – Vel secundum aliquos intelligitur negative, id est: «Nihil contra gloriam Dei facite», et sic est praeceptum. Aliter etiam alii exponunt.

Ad illud de verbo otioso respondet sanctus *Bonaventura*, quod verbum otiosum non dicitur illud, quod non ordinatur in finem, sed illud, quod «caret omni utilitate, dum tamen aliquam deberet habere». (Et sic intelligendum est illud *Gregorii*: «Verbum otiosum est, quod caret ratione iustae necessitatis et intentione pie utilitatis.») «Et inter tale otiosum et meritorium cadit medium, quando aliquis aliquid loquitur, quod non est omnimoda utilitate privatum, nec tamen est ordinatum in Deum tamquam in finem ultimum. Frequenter autem verba, quae videntur inutilia, utilia fiunt,

17	temperatio] add. L: est est om.	37	spirituali om. GTr lect. 1] add.
26	etc.] cum TBL	L 3	Sapientiae] Sapientis (?) G
31	quoniam T	7	non (1) cum TBL
		10	loquitur om. GTr

29/33	Gerson, Opusculum tripartitum p. 1 c. 4 (Du Pin I, 430 A/B; Glorieux VII, 195).	L 1	V. supra I 3.
		1/5	Cf. Bonav. ib. ad obi. 1.
33/37	Cf. Gerson, De vita spir. lect. 1, concl. et cor. 1 (Glorieux III, 119s).	6	V. supra I 10s.
		6/16	Bonav. ib. ad obi. 2.
		8/9	Greg. I., Moral. VII c. 37 n. 58 (MPL 75, 800).

dum ordinantur ad recreationem aliquam spiritus et ad exclusionem aediae. Secundum quod refertur beatus *Bernardus* dixisse, cum quandam fecit caespitare: «Otiosum», inquit, «fuit factum, sed non otiose factum.» Feceat enim hoc ad laetificandum illum, quem viderat maestum.»

Quod addit: «Sicut non peribit capillus etc., ita nec momentum de tempore», quia secundum *Bernardum* «in via Dei stare retrocedere est»: Dicitur quod verum est, quando debet ambulare; tunc stare est regredi. Et sic non peribit momentum de tempore, quo homo debet operari, quin respondere habeat in iudicio. – Vel «regredi» est quantum ad meritum, quod illo tempore posset acquirere, si operaretur ad gloriam Dei, et venit in iudicium quantum ad privationem huius gradus gloriae, qui responderet merito, si operatus fuisset.

[Dubium 2]

Dubitatur secundo: Utrum solus actus, qui non refertur in ultimum finem, sit indifferens quantum ad meritum et demeritum, an etiam aliquis relatus ad finem hunc sit indifferens.

Pro solutione notandum secundum *Bonaventuram*, quem imitatur *Scotus* distinctione praesenti, clarioribus tamen verbis, quod tripliciter potest intelligi actus refertur in ultimum finem, scilicet actualiter, virtualiter et habitualiter.

Actualiter, dum actu «cogitans de fine diligit illum et vult aliquid propter istum».

Virtualiter, quando «ex cognitione et dilectione finis devenit est ad volitionem huius entis ad finem», licet tunc, cum actu producit, non cogitat de fine. Exemplum ponit *Scotus*: Si «ex dilectione et cognitione Dei pertinente ad portionem superiorem portio inferior considerat talem actum, puta paenitentiae, assumendum, et postea illum exsequatur volendo, non tamen tunc referendo in finem, quia nec tunc actualiter finis cognoscitur nec diligitur», actus ille paenitentiae virtualiter refertur in finem. Procedit enim ab eo actu portionis superioris et ab eo dependet, qui actualiter refertur in finem. – Aliud exemplum ponit sanctus *Bonaventura*: «Si aliquis intendit propter Deum dare centum marcas et incipit dare et cogitat de Deo in prima marca, in aliis vero non cogitat» de Deo, «nihilominus omnes illae dationes» aliae

14	beatus Bernardus] beatum Bernardum TBL caespitare] add. GTr: id est caespites fodere	7	aliquid TBL (Scot.)] actum aliquem GTr
22	Dei om. G in] ad GTr	9	entis TBL (Scot.)] actus GTr
M 4	sanctum] dominum GTr	13	actus] add. G: tamen
5	distinctione praesenti om. GTr potest] possunt TBL	14/15	Procedit ... finem om. TBL (ho-moiotel.)
		16	centum GTr (Bonav.: v. etiam infra lin. 58)] decem TBL

17	V. supra I 7s.	M 4/6	Cf. Bonav. ib. in fine quaestionis;
18	Cf. Bern. Claraevall., Epist. 254 n. 4 (Leclercq-Rochais VIII, 158, 20s; MPL 182, 460s); cfr. apud Bonav. ib. arg. 3.	7	Scot. ib.
		8/9, 10/13	Scot. ib.
18/20	Cf. Bonav. ib. ad obi. 3.	15/17, 18/21	Bonav. ib. Cf. infra lin. 53.

virtualiter referuntur in Deum, quia consequenter se habent sive consequuntur ad illam operationem, quae actualiter fuerat relata in Deum. »Si tamen«, inquit, »opus alterius generis«, id est impertinens ad primam intentionem, »inciperet, oporteret quod intentio renovaretur ad hoc quod hoc opus« ordinaretur in finem.

Habitualiter omnis actus refertur in finem, qui simul »manens cum caritate« est »referibilis in finem«; quod additur propter peccatum veniale, quod stat cum caritate seu gratia et tamen non refertur habitualiter in Deum.

Sic aliquis actus dicitur non referri negative, quia nec virtualiter nec actualiter refertur; »privative, quia non est natus referri«, ut actus peccati venialis; »contrarie, ut peccatum mortale«, quod »corruptit principium referendi«. Veniale vero etsi stet cum gratia, non tamen est natus referri in Deum. Vide *Scotum* dist. 41.

(1.) Per hoc dicitur ad dubium: Nullus actus habentis caritatem relatus in finem ultimum actualiter aut virtualiter est indifferens.

Patet, quia omnis talis est meritorius; ergo non indifferens. – Antecedens de primo est manifestum, quia si ille non esset meritorius, nullus omnino esset meritorius, quia nullus magis ordinatur in finem. – De secundo est valde probabile, quia, cum ille dependet a caritate et actu eius meritorio et est velut effectus eius, ideo et ipse est meritorius.

Ex quo infert sanctus *Bonaventura* valde consolatorum viris religiosus, scilicet quod »qui in principio ex caritate devoverunt portare religionis pondus, quidquid faciunt, quod ad suae religionis observantiam spectat, ex prima intentione est eis meritorium ad salutem, nisi forte, quod absit, contraria intentio superveniat. In aliis autem, quae ad religionem non spectant, secus est, quia illa intentio se non extendit ad alia« virtualiter.

Ex quo infero quod quidquid facit religiosus ex oboedientia sui praelati, etiam si fuerit labor corporalis pertinens ad vitae sustentationem, si fuerit in gratia, est sibi meritorium, licet tunc non ordinet in Deum, ex prima intentione, qua se propter Deum subdit oboedientiae; propter quod »non est parvae securitatis religionem introire«. – Intellego autem per religiosum non solum eum, qui proficitur regulam facitiam, sed omnes, qui alicui praelato secundum ecclesiae ordinationem se subdide-

18 referuntur] referantur Tr
19 fuerat] fuerit GTr
20 incipiet] incipiet Tr | oportet
22 GTr (Bonav.) oportet TBL
22 manens TBL (Scot.) manet GTr |
est om. GTr
25/28 Sic ... dist. 41 om. GTr
29 habentis] habens TBL
30 actualiter aut virtualiter GTr (v. in-
fra lin. 31-35) virtualiter ac actuali-
ter TBL

22/23 Cf. Scot. ib.

23/24 V. infra lin. 82-84.

25/28 Cf. Scot. ib. n. 3 (VI/2, 1035).

31 V. supra lin. 29s.

31 Antecedens] add. G. probatur
32 si ille] successive TBL | meritorius
(1) add. BL: immo | esset] est TBL
36/37 viris ... quod] quod viri religiosi
GTr
37 devoverunt GTr (Bonav.) Deo vo-
verunt TBL
39 superveniat GTr (Bonav.)] superve-
nerit TBL
47/48 subdiderunt] subdiderint BL

33 V. supra lin. 30.

37/41 Bonav. ib.

45/46 Bonav. ib.

runt, immo eadem ratione quicumque statum aliquem a Christo aut ecclesia approba-
tum propter Deum suscipiunt; quod extendi potest usque ad statum matrimonialem.
– Et aestimo illud potissimum fore intelligendum suo modo de religione christiana,
quae utique est maior facticia, quia sine ea facticia non sufficeret ad salutem.

Addit tamen sanctus *Bonaventura*, magis specificando prius dictum ab eo: »Rela-
tionem vero habitualement« – hoc est virtualement; hanc enim intelligit per habitualement; et
habitualement supra descriptam ipse nominat habitudinalement. Relationem ergo virtua-
lem, inquit – »voco non qua quis refert in generali ad Deum omnia opera diei vel
anni, sed qua quis refert aliquod opus« certum »ad Deum, ita quod opus sequens
directam habet ad opus primum ordinationem et consequentiam; sicut est in illo,
qui dat centum marcas vel qui intendit ire ad sanctum Iacobum. In aliis autem non
habet locum.«

Quod sic intelligo, quod opus illud virtualiter refertur in Deum, cuius praecedens
opus actualiter in Deum relatum est aliquo modo causa, ita quod illud opus non fie-
ret, nisi aliud praecessisset. Et facile scribi potest de opere, an virtualiter referatur
in Deum et an consequatur ad opus actualiter relatum. Si quaeras: Cur hoc facis?, ut
in praemissis exemplis si quaero: Cur das secundam vel tertiam marcam, aut: Cur
paras peram et calceos?, si vere responderi potest per actum actualiter relatum, ut:
Quia volo dare centum marcas, aut: Quia volo ire ad sanctum Iacobum, signum est
quod virtualiter refertur in Deum, et per consequens est opus meritorium.

(2.) Secundo dicitur ad dubium, quod actus, qui habitualiter tantum et non ac-
tualiter nec virtualiter refertur ad Deum in habente caritatem, non est meritorius
nec demeritorius, sed indifferens.

Patet quod non sit meritorius: Quia non dependet a caritate talis actus nec elicitur
secundum inclinationem gratiae; aequae enim fieret, si gratia non coexisteret. Et ita
gratia non habet se ad talem actum in ratione principii mediate vel immediate. Nul-
lus autem actus est meritorius, nisi respectu cuius gratia habet aliquo modo ratio-
nem principii, ut supra dictum est.

Nec est demeritorius, quia non habet sufficientem rationem malitiae pertinentem
ad peccatum veniale, quia possibile est nullam deordinationem esse in eis, quae suffi-
ciat ad rationem peccati. Non enim tenetur homo – nec tentione necessitatis contra
quam sit peccatum mortale, nec tentione minori, contra quam sit peccatum veniale –
referre semper actum suum in Deum actualiter vel virtualiter, quia Deus ad hoc nos
non obligavit.

48 aut] add. GTr: ab
49 statum] add. TBL: naturae
50/51 Et ... salutem om. GTr
54 habitudinalement] aptitudinalement G
56 quod GTr (Bonav.) ut TBL
57 in om. G

64

secundam vel tertiam] tertiam vel
secundam TBL

65

et] vel Tr

67

quod] quia GTr

75

est om. G

52/53.55/59 Bonav. ib.

64

V. supra lin. 57s.

75

V. supra lin. 27. Cf. etiam Biel II
d. 27 M 25-28. 67. 70-72.

Et dicitur frequenter in praemissis »refertur« vel »referibilis« ad excludendum peccatum veniale, quia licet coexistat gratiae, non tamen est referibile in finem ultimum. Siquidem nullum peccatum referibile est in Deum, ratione non errante. Et ideo peccatum etiam veniale non est actus indifferens, sed est actus demeritorius, licet non poenae aeternae.

[*Dubium 3*]

Tertio dubitatur iuxta concl. 2 Textus: Utrum omne peccatum sit voluntarium.

Et videtur quod non. Nam peccatum omissionis, quod ignoranter committitur, gratia exempli non intrans ecclesiam die festo ignorans esse festum aut non cogitans illud, non est voluntarium, quia nihil voluntarium nisi cognitum. Hic autem non praecedit cognitio, sed ignorantia.

Item: Nihil est voluntarium nisi per actum voluntatis; sed stat voluntatem nullum habere actum respectu omissionis; ergo non erit voluntaria. Et tamen ommissio praecipi affirmativi pro tempore et loco, quo obligat, est peccatum; ergo etc.

Item: Venialia peccata sunt peccata; et tamen non sunt voluntaria; ergo. — Minor probatur: Quod vitari non potest, non est voluntarium. Venialia autem vitari non possunt. Unde *Augustinus* in libro *Retractionum*: »Sunt quaedam necessitate facta improbanda, ut qui vult recte facere et non potest.« Unde *Apostolus* ad Rom. 7: »Non quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago.« Talia autem sunt venialia.

Primo dicitur de peccato omissionis, secundo de veniali.

(1. De peccato omissionis)

Quoad primum advertendum quod »peccatum omissionis« dupliciter dicitur: Uno modo improprie pro peccato, quo aliquis non omittit, quod tenetur omittere. Et sic ommissio semper coniuncta est peccato commissionis. Qui enim non omittit aliquid, quod omittere tenetur, facit quod prohibitum est; ergo non omittendo committit. — Et sic non accipitur hic, quia sic non distinguitur a peccato commissionis secundum rem, et non est dubium omne peccatum commissionis esse voluntarium. — Secundo modo accipitur proprie, et est dum aliquis omittit actum, quem tenetur facere. Et ita contrariatur praecepto affirmativo.

N 3 festo] *add.* TBL: et
8 etc. *om.* G
10 probatur *om.* GTr

13 hoc (2) *om.* GTB
O 5 distinguitur] dicitur TBL

82 V. supra lin. 22s. 60. 67. 69. Cf. etiam supra lin. 23s.
N 1 V. supra Summ. Textus, lin. 8.
4 Cf. Biel II d. 25 G 4-6.
6 Cf. Aug., De vera relig., c. 14 n. 27 (CChr 32, 204. 4s; MPL 34, 133); cit. apud Lomb. II d. 41 c. 3 (c. 4 n. 372; MPL 192, 750).
11/12 Aug., Retract. I c. 9 n. 5 (MPL 32, 597); cit. apud Bonav. II d. 41 a. 2 q. 1 sed c. 2.
13 Rom 7, 19; cit. apud Aug. et Bonav. ib.
13/14 Cf. Bonav. ib.

Consequenter notandum quod, ut recitat beatus *Thomas* prima secundae q. 71 art. 5, de hoc, an peccatum omissionis esse possit sine actu positivo voluntatis, duae reperiuntur opiniones:

Una, »quod in omni peccato omissionis est actus aliquis« interior voluntatis elicitus vel exterior imperatus: interior, ut velle omittere sive velle non facere quod praecceptum est, aut velle suspendere actum quem tenetur facere, aut velle facere actum impossibilem actui ad quem tenetur, et per consequens velle carere actu ad quem tenetur; exterior, ut operatio alicuius ea hora, qua tenetur aliquid facere, quo impeditur ab eo quod tenetur.

Alia opinio dicentium quod, licet in peccato omissionis frequenter concurrat talis actus positivus, non tamen oportet, nec requiritur ad peccatum omissionis aliquis actus positivus. Ipsum enim non facere quod praecceptum est, est peccatum omissionis, secluso omni actu positivo.

Huic opinioni favet sanctus *Thomas*. Favet et *Guilelmus Occam* in suo III q. 10. Et probat sic: »Quia ponamus quod aliquis teneatur diligere Deum« actualiter »die dominico« semoto impedimento. Talis, sublato »omni impedimento, potest per totum diem non diligere Deum«; non enim necessitatur ad diligendum Deum. Et per consequens potest peccare non diligendo peccato omissionis. Si ergo ad hoc, quod peccet peccato omissionis, requiritur etiam peccatum commissionis sive actus positivus voluntatis, »quaero de illo actu voluntatis, sive sit actus nolendi diligere Deum sive sit actus volendi contrarius dilectioni Dei: Aut est in potestate voluntatis, sic quod voluntas, stante peccato omissionis, potest« illum »actum commissionis elicere et non elicere; vel non potest non elicere, sed necessario elicit, stante« peccato omissionis. Si primum, »potest voluntas illum actum non elicere; et per consequens potest« »peccare peccato omissionis, non peccando peccato commissionis. Si detur secundum, ergo in eliciendo illum« secundum »actum non peccabit, quia nullus peccat in eo quod vitare non potest«.

(Contra opinionem 2) Sed contra istam opinionem arguitur. Nam pono quod aliquis pro hora, qua tenetur audire missam, non cogitet de missa audienda et ita non vadat, sed omittat audire missam. Quaero, an peccet peccato omissionis in eo praecise, quod non audit missam, vel non. Si dicis secundum, quod non peccat, quamvis omittat, nulla alia assignari poterit causa nisi quia respectu actus missae non habuit aliquem actum voluntatis, sine quo nullum est peccatum actuale. Et sic requiritur actus voluntatis positivus, ut omissio illa sit peccatum. — Si dicis, quod peccat non eundo ad missam audiendam; contra: Nemo peccat in eo quod vitare non potest; sed talis non potuit vitare illam omissionem; ergo omittendo non peccat. Minor probatur: Quia non potuit ille ire ad audiendum missam non cogitans de missa. Cogitatio au-

18 concurrat] concurrat BL
22 10] 12 GTr
23 teneatur G (*Occ.*) tenetur Tr-TBL
30 commissionis GTr (*Occ.*) *add.* TBL: omittere | et GTr (*Occ.*) vel TBL missae] omitti TBL vitare] vitari BL

O 12/13. 16/17 Cf. Thom., S. Th. I/II q. 71 a. 5
resp.
18/21 Cf. Thom. ib.
23/35 Occ. III q. 13 P.
P 7/8 V. supra lin. 3s.
9 V. supra lin. 8s.

tem de missa non est in sua potestate. Potest enim distrahi aut oblivisci contra suam voluntatem. — Si dicis, quod poterat cessare ab illo opere, quo distractus est, et ita cavere distractionem et per aliquod monitorium cavere oblivionem, et ita non faciendo quod in se est, ne oblivisceretur, virtualiter voluntarie omisit, et ita vitare potuit omissionem; contra: Ad excludendum omnia talia volo quod oblitio aut distractio accidat sine omni sua culpa; quod fieri potest. Potest enim ante horam audiendi missam utili et laudabili operi intendere, gratia exempli devotae orationi, et eam continuare usque ad horam et ipsa devotione distrahi aut obaudire pulsum, vel monitorium suum esse negligentem, quem ordinavit ad se vocandum. Tunc incidit distractionem et ita impotentiam eundi ad missam sine sua culpa, et ita peccabit in eo, quod sine sui culpa vitare non potuit.

Item: Non plus peccat ille quam hora illa dormiens; sed dormiens illa hora, etiam si ex culpa sua obdormivit, ut puta quia prius inordinate vigilavit, non peccat; ergo. — Consequentia nota. — Maior patet, quia ita non est in potestate illius audire missam in casu sicut dormientis. — Minor probatur: Quia ea ratione, qua ebrius in ebrietate, qua privatur rationis usu, occidens aliquem vel furiosus in furia non peccat, eadem ratione nec dormiens, quia utrobique non est usus rationis, sine quo non peccatur, licet poterant ex sua culpa incidere ebrietatem et furiam.

Durum etiam videtur quod is, qui nulla malignitate aut contemptu omittit actum sibi debitum, sed ex nuda oblivione vel distractione, non omisurus, si cogitaret, quod ille peccet mortaliter. Et si oblitio ipsa non fuerit culpabilis, nullus omnino erit in omissione contemptus, nec verus nec interpretativus; ergo nec peccatum mortale, quia non peccatur mortaliter sine contemptu.

(Pro opinione 1) Propter istas rationes declinare videtur *Alexander* ad primam opinionem, scilicet quod peccatum omissionis non est sine actu positivo interiori, scilicet nolle facere aut velle non facere, et utrumque est actus positivus voluntatis. Potest tamen esse peccatum omissionis sine actu exteriori, quo aliquid operatur etiam sine interiori contrario actui, quem omittit. Ut quis potest peccare non diligendo Deum absque hoc quod odiat Deum; non autem potest peccare omittendo diligere Deum sine actu voluntatis, quo vult non diligere Deum formaliter vel virtualiter. Unde ait *Alexander* II q.130 m.10: In omissione «actus voluntatis interioris quiescit super ipsum 'non facere'; unde dicit omittens: 'Volo non facere' aut 'Non volo facere'. Velle autem et non velle sunt actus voluntatis.» Accipit 'non velle' pro nolle. Sequitur: »Ideo dicimus quod peccatum ipsius omissionis in actu perpetratur, hoc est in actu voluntatis interioris, et non in ipso defectu aut carentia boni.«

14	ita om. GT	23	sua om. Tr quia] qui TBL non
17	operi BL] opere GT-Tr		peccat om. G
19	ordinavit] ordinat T	25	ea om. L
22	hora (2)] add. G in marg. non peccat	26	aliquem] aliquod T; aliquid B
		31	si om. G
		40	Deum om. G
24	V. supra lin.22.	34/35	V. supra O 12-17.
25	V. supra lin.22s.	41/45	Alex. ib. ad obi.2 (III, 342b).
34	Cf. Alex. II q.114 m.10 n.336 (III, 341s).		

(Ad rationem opinionis 2) Et tenendo hanc opinionem, potest responderi ad rationem oppositae opinionis admittendo casum, quod potest non diligendo Dominum Deum per totam diem dominicam peccare peccato omissionis, sed non nisi concurrente actu voluntatis, quo vult non diligere Deum aut quo vult aliquid repugnans dilectioni Dei, ut quia vult tota die dormire aut laboribus intendere, cum quibus non stat dilectio actualis Dei. Nam circumscripto illo actu voluntatis, sola omisso non erit peccatum.

Ad probationem, cum quaeritur de illo actu voluntatis, an sit in potestate voluntatis etc., dicitur quod actus ille simpliciter est in potestate voluntatis stante omissione, sed non est in potestate voluntatis stante peccato omissionis, id est actus quidem ille est in potestate voluntatis ad eliciendum vel non eliciendum; sed si non elicitur, iam omisso manens non erit peccatum. Sicut in simili actus faciendi opus servile in die festo est in potestate voluntatis stante praecepto de feriando; sed facere servile opus non peccando stante praecepto non est in voluntatis potestate. Non enim est omisso peccatum nisi per actum voluntatis omissionem acceptantis seu in omissionem consentientis formaliter, quia vult omittere, aut virtualiter, quia vult aliquid, ad quod sequitur talis omisso. Unde si nullum actum habet voluntas respectu omissionis formaliter vel virtualiter, non videtur, quomodo omisso sit voluntaria et per consequens quomodo sit peccatum.

Et si diceret contra illam secundam opinionem: Sequitur quod nullum esset peccatum omissionis, quia pura omisso, scilicet non concurrente actu voluntatis, non est peccatum; ideo non omisso, sed actus ille voluntatis, quo vult omittere formaliter vel virtualiter, est peccatum; ille autem est actus positivus, et sic est peccatum commissionis. Respondetur concedendo, quod pura omisso non est peccatum, sed omisso cum actu voluntatis. Dicitur autem ille actus voluntatis peccatum omissionis, quia eo vult voluntas omittere quod facere tenetur. Unde diceretur consequenter, quod peccatum commissionis est velle facere quod prohibitum est, peccatum omissionis est velle omittere quod praeceptum est. Utrumque ergo peccatum est actus positivus interior voluntatis vel non sine tali. Nec dicitur »omissionis«, quia fit sine actu voluntatis interiori positivo; sed dicitur peccatum omissionis ex causa tacta.

Illa opinio videtur satis rationalis et facilis, quia satis aperte patet, quomodo peccatum omissionis sit voluntarium, quia non fit sine actu voluntatis formaliter vel virtualiter.

(Contra opinionem 1) Sed contra opinionem illam est una ratio probans, quod pura omisso sine actu voluntatis respectu omissionis est peccatum, illa scilicet: Nam pono

Q	1/2	rationem] rationes TBL	17	omisso] commissio TBL
	6	actualis] accidentalis TBL	21	concurrente] corrente TBL
	9	etc. om. G est] sit Tr	31	rationalis] rationalis BL facilis]
	10	potestate voluntatis] voluntate G; potestate Tr	32	fallibilis TBL
				sit om. G
Q	2/3	V. supra O 23-26.	30	V. supra lin.25s.
	8/9	V. supra O 28-31.	31	Scil. prima; v. supra O 12-17.
	20	V. supra O 18-21.		

quod Iohannes apprehendat se nunc debere audire missam. Potest suspendere actum voluntatis respectu auditionis missae; suspendere dico non actu positivo, sed non eliciendo velle neque nolle audire missam, quia quacunq[ue] apprehensione stante in intellectu, non necessitatur voluntas ad eliciendum actum circa apprehensum, alioquin non esset libera. Pono ergo, quod ita faciat; tunc peccat peccato omissionis, quia omittit actum praecepti, quem posset non omittere, et tamen nullum habet actum positivum respectu omissionis.

(Pro opinione 2) Propter hanc rationem videtur opinio Occam q.10 tertii Sententiarum, ubi late hanc materiam prosequitur, et sancti Thomae verior, licet raro contingat obiectum aliquod apprehendere et voluntatem nullum actum circa ipsum elicere, et ideo vix aut raro contingit cogitare, quod nunc audienda est missa, et stante cogitatione nec velle nec nolle audire missam. Et tamen possibile est. Potest enim voluntas fluctuare circa hanc cogitationem, donec tempus audiendi missam transiit. (Ad rationes opinionis 1) Et per hoc ad rationem factam contra secundam opinionem admissio casu dicitur quod peccat praecepti peccato omissionis non audiendo missam, nisi sine sua culpa incideret non-apprehensionem seu cogitationem de missa audienda; quia tunc non peccaret.

Et cum arguitur: Nemo peccat in eo quod vitare non potest; dicitur secundum sanctum Thomam, quod verum est, quando illam impossibilitatem non incidit ex sua culpa; ut si quis facturus praeceptum sibi voluntarie se praecipitavit in foveam, unde exire non posset, non excusatur a peccato omissionis propter impossibilitatem faciendi, quia ipsa impossibilitas fuit voluntaria. Si vero impossibilitas non est voluntaria aut si incidit sine sui culpa, puta fecit quod in se est, dicitur quod tunc non audiendo missam non peccat. Et huius causa est, non quia non habuit actum voluntatis respectu omissionis; sed quia impossibilitas est inculpabilis audiendi missam, ideo excusatur omissionem a peccato. Illa autem impossibilitas contingit ex defectu actus intellectus, scilicet apprehensionis, quae non est in potestate omittentis.

Sed contra hanc solutionem procedit alia ratio de dormiente. Ideo alter videtur dicendum, quod ex quacunq[ue] causa aliquis incidat in impossibilitatem non omittendi actum praecepti, sive ex culpa sive non ex culpa sua, omittendo praecise non peccat; sicut de furioso, etiam si sua culpa furiam inciderit. Unde si ex distractione vel

36 debere om. Tr
37 auditionis] omissionis TBL
R 1 videtur] videatur BL
1/2 q.10 ... prosequitur om. GTr
2 sancti Thomae] secundum Thomam TBL
7/8 factam ... opinionem] secundae opinionis G; alterius opinionis Tr
8/9 missam om. G
9 sine om. TBL | incideret] incurreret Tr
11/12 secundum ... Thomam om. GTr
13 facturus ... sibi om. BL | facturus] factus T
18 est om. GTr | inculpabilis] culpabilis L | ideo om. GTr
22 in om. GTr
23 culpa (1) add. GTr: sua | non ex] sine GTr | omittendo] omittendi L

37/38 Cf. Occ. III q.13 R (circa finem).
R 1/2 Cf. Occ. ib. P-R.
2 Cf. Thom., S.Th. I/II q.71 a.5 resp.
7/8 V. supra P 1-7.
11 V. supra P 8.
12/13.15/16 Cf. Thom. ib.
21 V. supra P 22a.

oblivione non cogitat de missa hora illa, qua tenetur ad missam, non peccat non audiendo missam. Peccavit tamen, si ex culpa sua oblivionem seu distractionem incidit. Unde dicit beatus Iacobus cap.4: «Scienti et non facienti, peccatum est illi.» Non cogitans autem non est sciens, saltem actualiter.

Et huic consonat quod Alexander dicit, dum quaerit: Si quis obdormit matutinas, ad quam tenetur, «quando dicitur omisso perpetrari»? Ait enim quod «non debet dici omittere, quando non surgit, quia tunc dormit; nullum autem peccatum fit a dormiente»; ergo nec omisso, quae est peccatum. «Nec quando se ordinavit dormitioni, quia potest adhuc contingere, quod evigilet et surgat hora debita.» Sed tunc debet dici omissionem perpetrare, «quando aliquis applicat se ad actum illicitum impossibilem cum illo actu, ad quem tenetur. Ut si iste tenetur ire ad matutinas et incipit se vel sit in colloquio infructuoso, et sic de aliis, propter quod non surgat ad matutinas, tunc omittit», cum se inebriat aut dum infructuosa fabulatur. «Si vero applicat se alicui actui bono, ad quem tenetur, et ex illo fessus dormiat et non surgat, non omittit. Si vero fuerit actus indifferens et tamen impeditivus actus, ad quem tenetur, illi intendendo omittit. Sed posito quod teneatur surgere et non surgat, nec hoc est ex aliqua causa praecedente, quae in ipso sit, sed tantum quia ligata est vis sensibilis», quaerit: «Numquid omittit dormiendo?» Respondet: «Dicendum est quod non. Subintelligendum est enim, quod tenetur surgere, cum audierit signum surgendi. Sed si non surrexerit ex causa, quae fuit in ipso, tunc omittit, cum causam perpetrat.» Haec Alexander.

Sic dici potest quod qui hora audiendi missam non cogitat de missa, non peccat omittendo, si ipse non est in causa non cogitandi. Si vero est in causa, quia aliquid volens fecit vel omisit, ad quod sequebatur non cogitare, tunc peccat peccato omissionis; non tunc, quando non cogitat, sed quando id volens egit, ad quod sequebatur illud non cogitare.

Ex illo inferitur quod aliquod peccatum omissionis non fit sine actu seu peccato commissionis, quando scilicet omisso habet causam praecedentem voluntariam, ut in casibus positus. Sed quando non habet causam praecedentem, ut quando tempore, quo tenetur ad actum perficiendum et potest perficere, non cogitat actum iam esse faciendum, potest non perficere actum debitum absque omni actu positivo voluntatis, et tunc est omisso pura sine commissione.

26 Peccavit] Peccat BL
30 quam] quas L
32 ordinavit G (Alex.)] ordinat TrTBL
33 quod] et Tr; supra hoc verbum rubro colore: ut | surgat GTr-L (Alex.)] surget TB
34/35 impossibilem TBL (Alex.)] impossibilem GTr
37 infructuosa] infructuose Tr
41 quia GTr (Alex.)] om. TBL
42 quaerit] quaeritur BL | Respondet] Respondetur BL
51 Ex] Et ex GTr
54 non] ac GTr
55 faciendum] perficiendum GTr

27 Iac 4.17; cit. apud Thom. ib. sed c.
29/45 Alex. II q.114 m.7 n.333 (III, 339a/b).

46/49 Cf. Thom. ib. resp.

(Responsio ad dubium) Et per hoc ad dubium dicitur quod omne peccatum actuale est voluntarium, ita quod in potestate voluntatis est peccare tali peccato et non peccare.

Patet, quia omne peccatum aut est peccatum commissionis vel omissionis. Si primum, potest actum illum non elicere. Si omissionis, tunc aut potest elicere actum volendi actum, quem omittit, et ita si non elicit, voluntarie omittit. Aut tunc non potest, quando tenetur: aut propter impedimentum, quod fuit in potestate voluntatis, aut quod non fuit in potestate voluntatis. Si secundum, non peccat omittendo; si primum, volens non amovit impedimentum et ita volens virtualiter omisit. Quisquis enim vult antecedens, virtualiter vult et consequens; ergo.

(Ad duas rationes principales) Et per hoc soluta est prima ratio in principio dubii de peccato omissionis, quod ignoranter committitur; quia tale quandoque est voluntarium, et incognitum potest esse voluntarium virtualiter, licet non formaliter, et hoc sufficit ad rationem peccati.

Similiter, licet stet voluntatem non habere actum respectu omissionis peccati formaliter, numquam tamen omisso est peccatum, quin voluntas habeat circa ipsam actum aliquem virtualiter, ad minus volendo vel nolendo, scilicet aliquid, ad quod sequitur omisso.

(2. De peccato veniali)

De secundo, scilicet peccato veniali, dicitur quod »omne peccatum veniale est voluntarium, quia nemo peccat venialiter, nisi iam habeat voluntatis usum. Nemo etiam peccat venialiter in eo, quod nullo modo potest prohiberi« aut etiam non potuit cavere. »Venialia enim peccata etsi non omnia possint praecaveri vel prohiberi, nullo tamen est singulare peccatum, quod non possit nec potuerit praecaveri.«

(Ad tertiam rationem principalem) Et per hoc ad rationem dicitur quod quodlibet venialium vitari potest, licet forte non omnia sic ut numquam peccetur venialiter. — Ad Augustinum: »Quaedam de necessitate facta sunt improbanda« dicitur quod »loquitur de necessitate venialium non quantum ad hoc vel illud, sed generaliter quantum ad peccata venialia«, quia non possumus omnia simul vitare. — Ad Apostolum dicit sanctus Bonaventura: Quod nolo, non privat omnimodam voluntatem, sed voluntatem principaliter moventem; quia in peccato veniali (maxime quod excitat concupiscentiam carnis) voluntas non praevent movendo, sed motione accedit complacendo vel non reprimendo. Et ideo venialia non sunt simpliciter involuntaria.

60	Patet om. TBL	72	ipsam] ipsum TrL
61	actum (2) om. TBL	77	habeat] habet GTr
63	impedimentum] impetum TBL	78	prohiberi] prohibere GTr
64	omittendo] dimittendo TBL	82	peccetur] peccare TBL
65	Quisquis] quisque TB	84	generaliter] generatur T
66	ergo] add. Tr: etc.	85	quia] qua GTr
71	stat] stat GTr		
60/65	Cf. Occ. III q. 13 P (in fine). Q.	83	V. supra N 11s.
67	V. supra N 2.	83/85	Bonav. ib. ad obi. 2.
71/72	V. supra N 6s.	85	V. supra N 14.
76/80	Bonav. II d. 41 a. 2 q. 1 resp.	86/87	Cf. Bonav. ib. ad obi. 3.
81	V. supra N 9s.		

DISTINCTIO QUADRAGESIMA SECUNDA

(Summarium Textus)

In hac dist. 42 agit de peccato actualem quantum ad variam eius distinctionem, tam actus exterioris ab interiori quam utrumque, in diversas species et membra.

Et summarum sententia Textus in tribus conclusionibus, quarum prima est:

Quamvis voluntas actus et actio exterior in eodem et respectu eiusdem sint res duae numero distinctae, unum tamen sunt peccatum diversis ~~mandatis prohibitis~~.⁵
Secunda: Transeunte actu peccati interiore et exteriori ab anima, manet ipsa reatu poenae obligata.

Tertia conclusio: Varias sunt distinctiones peccatorum, quorum superbia seu cupiditas radix est et initium omnium malorum.

Ponit autem Magister sextuplicem peccati divisionem, quibus praemisit supra¹⁰ dist. 30 aliam. Accipiuntur autem illae peccatorum distinctiones penes aliam et aliam peccati comparisonem sive considerationem. Nam si peccatum consideratur in ordine ad causam, tunc dividitur in originale et actuale; ad poenam, et sic dividitur in mortale et veniale; ad motivum, et sic dividitur in peccatum ex amore et peccatum ex timore; »ad actum substratum«, et sic dividitur in peccatum cogitationis, oris, operis, et additur: consuetudinis; ad obiectum contra quod peccatur, et sic dividitur in peccatum in Deum, seipsum et proximum; »ad mandatum cui opponitur«, et sic dividitur in peccatum et delictum, id est in peccatum commissionis et omissionis; ad vitia a quibus ortur, et sic dividitur in septem vitia capitalia.

Sunt tamen et aliae divisiones ad illas reducibiles, quas Magister non ponit.²⁰
Quaere in sancto Bonaventura in dubiis litteralibus.

1	agit om. GTr	8	conclusio om. GTr
3	est om. GTr-BL	17	et (1) in G
4	actus om. GTr		
4/5	Cf. Lomb. II d. 42 c. 1 (c. 1-3 n. 375-377; MPL 192, 751s.)	13/14	Cf. Lomb. ib. d. 42 c. 3 n. 2 (c. 5 n. 379; MPL 192, 752).
6/7	Cf. Lomb. ib. c. 2 (c. 4 n. 378; MPL 192, 752).	14/15	Cf. Lomb. ib. c. 4 n. 1 (c. 6 n. 380; MPL 192, 752s.).
8/9	Cf. Lomb. ib. c. 4-8 (c. 6-10 n. 380-385; MPL 192, 752-754).	15/16	Cf. Lomb. ib. c. 4 n. 2 (ib.; MPL 192, 755).
10/11	Cf. Lomb. ib. d. 30 c. 2 (c. 2 n. 268; MPL 192, 720s.).	16/17	Cf. Lomb. ib. n. 3 (ib.).
12/19	Cf. Bonav. II d. 42 dub. 2 resp.	17/18	Cf. Lomb. ib. c. 5 (c. 7 n. 381).
18	Cf. Lomb. ib.	19	Cf. Lomb. ib. c. 6 (c. 8 n. 382).
		21	Cf. Bonav. ib.

QVAESTIO UNICA

A Circa hanc distinctionem quaeritur:

Utrum actus exterior, qui a voluntate imperatur, habet bonitatem vel malitiam propriam, propter quam magis quam solus interior voluntati imputatur

5 Praemissis notabilibus, respondebitur ad quaestionem, subditis dubiorum solutionibus.

[Articulus 1]

[Notabile 1]

Quantum ad primum notandum quod quaestio non quaerit de bonitate naturali actus interioris et exterioris, quia, cum manifestum est quod realiter differunt actus interior voluntatis elictus et actus exterior imperatus, bonitas, quae consequitur substantiam actus, etiam est alia actus interioris et alia exterioris. Haec namque bonitas naturalis convenit actui secundum se, non in ordine ad alium. Nec distinguitur a substantia actus. Hac enim bonitate actus exterior est bonus, circumscripto omni actu interiori voluntatis. Nam »omnis actus exterior potest elici a frenetico et furioso, qui tamen pro tunc» non habent liberum usum voluntatis.

Intelligitur ergo quaestio de bonitate et malitia morali et etiam meritoria.

Neque intelligitur quaestio de actu exteriori et interiori in diversis suppositis, sed in eodem supposito, nec pro diversis temporibus, sed pro eodem tempore. Non enim quaerit de actu voluntatis, quo vult actum aliquem nec tamen procedit ad opus, cum possit (qui est actus remissus et inefficax), nec de actu voluntatis respectu eiusdem, qui non procedit, sed procederet, si posset (qui est velle efficac quantum est ex parte sui), quia ibi sunt duo actus interiores et nullus exterior. Sed intelligitur de actu interiori et exteriori sibi coniuncto, ut sit sensus: Quando actus interior elicitur a voluntate et actus exterior conformiter producitur, utrum tunc actus exterior habeat propriam bonitatem, hoc est aliquid recipiat vel acquirat praeter actum elictum.

Potest etiam sic intelligi: Utrum plus imputetur voluntati actus volendi, quem sequitur actus exterior, quam actus volendi, quem non sequitur actus exterior propter aliquod impedimentum, posito quod actus interiores sint quantum ad omnia alia

A 1	quaeritur] add. GTr: primo	17	quaestio om. GTr
9	quod om. L	21	qui] quae T nec] Et: GTr
10	differunt om. G	25	habeat] habet Tr
15	et GTr (Occ.) a TBL	28	volendi] nolendi TBL
16	habent GTr (cf. Occ.)] habet TBL		

A 9/12	Cf. Scot., Quodl. 18 n.2 (XII, 474). Cf. Occ., Quodl. I q.20 a.1 (IX, 101,35-37).	18/19	Cf. Scot. ib.; Occ. ib. (IX, 101,43-45).
13/16	Cf. Occ. ib. (IX, 101,38-43).	23/24,25/26	Cf. Scot. ib. (XII, 474s).
		24/26	Cf. Occ. ib. (IX, 101,46-49).

aequales. Quod est dictum: Utrum peccans actu interiori et exteriori plus peccet quam qui peccat solo actu interiore, ceteris paribus. — Et ille secundus sensus dependet ex priore. Si enim actus exterior non habet propriam bonitatem, non plus peccat voluntas cum exteriore quam sine. Et potest hoc 'plus peccare' intelligi extensive vel intensive.

[Notabile 2]

Secundo notandum quod de hac quaestione sunt variae opinioniones.

Nam Scotus in Quodlibeto q.18 tenet partem affirmativam, scilicet quod actus exterior vel imperatus habet bonitatem moralem propriam, aliam quam actus interior elictus.

Probat primo: »Quae distinctis praeceptis negativis prohibentur, habent propriam et distinctam rationem illiciti.« Sic est de actu interiori et exteriori, quia fornicatio et furtum actus prohibentur sexto et septimo praeceptis, actus interior prohibetur nono et decimo.

Secundo: *Augustinus* XIII De Trinitate cap.5: »Mala voluntate quilibet miser efficitur« (miser, id est peccator); »sed miserior potestate, qua desiderium malae voluntatis adimpletur.« »Profecto quamvis et sic male volendo miser esset, minus tamen esset, si nihil eorum, quae perperam voluisset, habere potuisset.« Hoc autem non potest intelligi de miseria poenae, sed culpae.

Item: Bonitas actus moralis est ex integritate »eorum, quae secundum rectam rationem operantis dicuntur debere convenire ipsi actui; est autem alia integritas eorum, quae secundum dictamen rectae rationis debent convenire actui interiori, et eorum, quae actui exteriori; igitur alia bonitas moralis, alia malitia. Et hoc sive privative tantum, quia alia carentia eorum, quae debent convenire, sive contrarie, quia alia disconvenientia repugnans illis, quae deberent convenire.«

Item: »Plus punitur actus interior et exterior simul quam unus per se; immo exterior plus punitur per se quam interior«, puta homicidium plus punitur quam voluntas homicidii.

B 30	peccet] peccat TBL	15	dicuntur TBL (Scot.)] dictantur GTr
B 6	illiciti G*] TBL] elicti GTr; add. G iterum supra verbum emendatum: elicti	17	alia (2)] et GTr
10	miser ... peccator om. GTr	17/18	privative] privatione BL
		18	debent] dicuntur GTr
		21	plus punitur (1) om. GTr

31/32	V. supra lin.24-26.		apud Scot. ib. n.12 (XII, 484); cf.
B 2/4	Cf. Scot., Quodl. 18 n.12-16 (XII, 484-486).	11/12	Occ. ib. (IX, 100,17-19).
5/8	Cf. Scot. ib. n.1 sed c. (XII, 474). Cf. Occ., Quodl. I q.20 (IX, 99,12 - 100,15).		Aug. ib. (CChr 50 A, 392,24-26; MPL 42, 1019); cit. apud Scot. ib.; cf. Occ. ib. (IX, 100,19-21).
7	Cf. Ex 20,14s.	12/13	Cf. Scot. ib.
8	Cf. Ex 20,17.	14/19	Scot. ib. (XII, 484s). Cf. Occ. ib. (IX, 100,23-26).
9/11	Aug., De Trin. XIII c.5 n.8 (CChr 50 A, 392, 26-28; MPL 42, 1020); cit.	20/21	Occ. ib. (IX, 100,28-30). Haec probatio non invenitur apud Scot.

Sed rationes illae non concludunt.

Ideo est alia opinio *Guilelmi Occam* Quodlibeto I q.20, item in Quodlibeto III q.13, 14 et 15, item in III Sententiarum *Occam* q.10, et *Gregorii de Arimino*, secundum quam respondebitur ad quaestionem. Haec opinio respondet ad rationes *Scotii*.

Ad primam dicitur «uno modo, quod sunt distincta praecepta propter distinctionem actuum, quamvis unus actus», scilicet exterior, «non sit malus nisi quia causatur ab alio actu», scilicet interiore, «malo. Unde per unum praeceptum prohibetur actus interior, per aliud prohibetur tam actus interior quam exterior». Etiam frequenter per actum exteriorem intenditur actus interior ac «magis homo delectatur». Unde conceditur «quod sunt distincta peccata sicut sunt distincti actus mali». – Vel potest dici quod sunt distincta praecepta, ne detur simplicibus occasio errandi, ne credant, «quod non sit peccatum nisi in solo actu exteriori».

Ad secundum, scilicet ad auctoritatem beati *Augustini*, dicitur quod «loquitur forte de miseria quoad homines, qui vident exteriora» tantum «et non interiora et de exteriore scandalizantur. Et sic implendo opus facit multa peccata, quae non faceret, si sola voluntate, non opere peccaret; quia facit peccatum suum actu interiori in Deum, secundo «scandalizat» per opus exterius «proximum. – Vel dicitur quod actus interior semper vel frequenter intenditur, quando» actus exterior interiori coniungitur. Et sic miserior est, quia voluntas mala, quia miser est, magis sua intensione firmitur; vel miserior extensive, non intensive.

Ad tertium dicitur «quod actui exteriori non debetur secundum rectam rationem aliqua integritas circumstantiarum competere, sed tantum actui interiori». Non quidem quod integritas illa sit aliquid superadditum actui interiori, sed est actus ipse a voluntate elicitus conformiter perfecte dictamini rectae rationis. Sed omnia obiecta

24/25	Quodlibeto (1) ... 10 om. GTr	3	exteriore G (Occ.) exteriori Tr; exterioribus TBL scandalizantur TBL (Occ.) scandalizantur GTr	
26	opinio om. GTr			
31	actus (2) om. G	4	si om. GTr voluntate] add. GTr: si suum TBL (Occ.)] om. GTr	
33	sunt (1) GTr (Occ.) sint TBL peccata] praecepta Tr	7	est (2) om. G	
C 1	ad (2) ... Augustini] beatum Augustinum GTr	10	competere GTr (Occ.)] om. TBL	
2	homines TBL (Occ.) hominem GTr vident] videt Tr et (1) TBL (Occ.)] om. GTr			
24	Cf. Occ. ib. a.2 (IX, 101,52 - 104,116).		III q.11 ad dub.3 (VI, 375,14 - 376,17).	
24/25	Cf. Occ., Quodl. III q.14-16 (IX, 253-257).	C 1	V. supra B 9-12.	
25	Cf. Occ., Sent. III q.11 ad dub.3 (VI, 375,14 - 380,6). – Cf. Greg. Arim. II d.42-44 q.1 concl.5-7 (VI, 323,27 - 326,7).	1/7	Cf. Occ., Quodl. I q.20 ad prob.2 (IX, 105,131-136); cf. Occ., Sent. III q.11 pro tertio (VI, 379,1-8).	
28	V. supra lin.5-8.	9/20	Cf. Occ., Sent. ib. pro quarto (VI, 379,9 - 380,6).	
28/25	Occ., Quodl. I q.20 ad prob.1 (IX, 104,119 - 106,129); cf. Occ., Sent.	9/10	Occ., Quodl. I q.20 ad prob.3 (IX, 105, 138-140).	

partialia, quae circumstantiae appellantur, actui interiori conveniunt. Exteriori vero tantum debetur (ut sit bonus), ut effective producat »ab actu bono interiore, et aliam integritatem non habet«. Nihil enim aliud est actus exteriorem esse bonum moraliter vel meritorie quam ipsum imperari ab actu bono et meritorio interiore elicitio. Haec est tota ratio bonitatis actus exterioris. Et sic praeter actum interiore bonum nullam aliam habet bonitatem, quia non est bonus propria sua bonitate intrinseca sicut actus interior, sed »solum est bonus quadam denominatione extrinseca«, ut supra dictum est.

Ad quartum dicitur quod a lege divina »non plus puniatur actus interior et exterior simul quam interior per se, nisi intendatur interior«, dum adiungitur exterior. »Sed a lege humana actus exteriores plus puniuntur«, quae iudicat secundum ea quae foris apparent, non quae corde latent. Etiam lex humana »frequenter plus punit peccata minora«, quando sunt maior occasio »destructionis rei publicae«. Sicut plus punitur apud homines, si quis furatur ovem quam si fornicetur fornicatione simplici aut quam si diffamat hominem, quamvis furtum tale minus peccatum sit quam fornicatio aut diffamatio. Non autem sic apud Deum. Sic in multis aliis.

[Articulus 2]

[Conclusio 1]

Quantum ad secundum articulum est conclusio prima: Nullam propriam bonitatem D moralem habet actus exterior, propter quam magis imputatur voluntati quam solus actus interior, secundum *Occam* ubi supra.

Probatur illa conclusio: Quia si actus exterior haberet bonitatem moralem propriam praeter bonitatem actus interioris, aut bonitas illa esset ipse actus exterior aut aliquid superadditum-actui. Non primum, quia idem actus exterior potest primo esse bonus et postea malus; ut actus ambulandi ad ecclesiam, si primo fiat propter Deum et postea continuetur propter vanam gloriam; ergo bonitas eius est aliquid praeter actum. Si enim nihil diceret praeter actum exteriorem, existente actu exteriore eodem, semper esset bonus aut semper malus. – Non secundum, quia aut illud superadditum est subiective in actu exteriore aut non. Si non, quaero ubi erat, et non potest assignari nisi in actu interiore; et sic non erit propria bonitas actus exte-

13	circumstantiae] circumstantia TB interiori conveniunt] tantum G; autem Tr vero om. GTr	D 3	secundum ... supra om. GTr	
19	sed om. Tr	6	aliquid] aliquid TB	
24	quae (2)] add. GTr: in	8	postea continuetur] post continuatur TBL	
		11	erat] erit GTr	
13/15	Cf. Occ. ib. (IX, 105,140s).	24	Cf. IReg 16,7.	
17/20	Cf. Occ. ib. ad arg. princ. (IX, 106,152-155).	D 3	Cf. Occ., Quodl. I q.20 a.2 (IX, 101,52).	
20	V. supra A 13-15.	4/9.10/20	Cf. Occ. ib. prob.1 (IX, 101,52 - 102,67).	
21/28	Cf. Occ. ib. ad prob.4 (IX, 105,143-150); cf. Occ., Sent. III q.11 pro secundo (VI, 376,18 - 378,14).			

rioris. Si sic, non erit nisi accidens inhaerens actui exteriori. Sed hoc non, quia nec absolutum, cum nullum tale sit dabile, nec respectivum, quia talis non est ponendus, ut visum est in I dist. 30. Etiam si ponatur talis respectus, non erit nisi respectus conformitatis et dependentiae actus exterioris ad actum interiore, quia scilicet elicitur conformiter actui interiori. Sed iste respectus convenit etiam actui causarum naturalium approximatorum passivis per imperium voluntatis. Ut si voluntas imparet approximationem ignis ad candelas, ut accendatur, tunc actus, quo ignis accendit candelas, qui est mere naturalis, esset moraliter bonus, quia est ibi respectus conformitatis eius ad actum interiore vel etiam ad rectam rationem, et nullam conformitatem habet actus exterior ad actum interiore, quin similem habere possit actus ignis vel iumenti ad eundem. Ut si quis velit, ut iumentum comedit pabulum, ut confortetur ad laborandum, et applicet pabulum, tunc comestio asini esset actus moraliter bonus; quod est absurdum.

Alias rationes adducit *Occam* ubi supra Quodlibeto I q. 20.

Addo tamen hanc rationem: Quod non est bonum neque malum nisi ad positionem alterius, non habet propriam bonitatem; talis est actus exterior imperatus; ergo non habet propriam bonitatem. — Consequentia nota. — Maior videtur manifesta, quia quod habet propriam bonitatem vel malitiam, habet eam omni alio circumscripto. — Minor probatur: Quia actus exterior imperatus nec bonus est nec malus, nisi ponatur actus elicitus bonus aut malus. Gratia exempli: Si aliquis voluntarie se mittit in praecipitum, actus ille descensus non est vitiosus, nisi quatenus actus praecipitandi elicitus fuerit in voluntate. Nam si paeniteat in casu seu praecipitio et eliciat actum contrarium, quo vellet sese non praecipitasse, iam descensus praecipitii non est vitiosus; alioquin talis cadens simul esset virtuosus et vitiosus: virtuosus propter actum paenitentiae et vitiosus propter motum deorsum.

Item: Actus ille non habet propriam bonitatem vel malitiam, qui non imputatur agenti ad specialem laudem vel improperium, meritum vel demeritum; talis est actus exterior; ergo. — Consequentia nota. — Maior patet: Cuilibet bonitati debetur laus propria; sic et malitiae speciale improperium. — Minor probatur: Quia actus exterior cum exteriori non imputatur ad maius meritum vel demeritum quam sine exteriori, ut declarabitur in sequenti conclusione; ergo.

13	nec] non GTr	34	seu praecipitio om. GTr
14	nec] non G	35	praecipitasse] cadere GTr praecipitii om. GTr
15	30] 38 TBL ponatur] ponitur Tr	39	improperium G* TBL] vituperium GTr
19	approximationem Tr] appropriatorem BL	41	speciale] speciali Tr improperium] vituperium Tr probatur om. Tr
26	ubi supra om. GTr	42	maius] magis G
28.29	bonitatem (bis)] voluntatem TBL		
33	quatenus] quantum Tr actus (2)] add. GTr: se		
15	Cf. Biel I d. 30 q. 4 C-K.	31	V. supra lin. 28.
26	Cf. Occ. ib. prob. 2-6 (IX, 102, 75 - 104, 116).	32/37	Cf. Occ. ib. prob. 3 (IX, 103, 84-91).
29	V. supra lin. 27s.	40	V. supra lin. 38s.

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Non est operatio interior voluntatis cum exterior magis meritoria vel demeritoria quam sit sola interior sine exteriore imperata. Quod intelligendum est stante semper aequalitate actus interioris, dum fuerit cum exterior et sine exteriore.

Probatur: Et pro clariori intellectu pono quod sit homo volens occidere, et occidat. Ille non est maiori poena dignus apud Deum quam si vellet occidere et non occideret, supposito quod aequae plenam et in omnibus similem voluntatem occidendi haberet. Et pariformiter dico de diversis hominibus habentibus aequae plenam ac intensam voluntatem occidendi, quorum unus occideret, alius impeditus non occideret. Nam unus non plus demeretur quam alius.

Probatur primo auctoritate beati *Augustini* I De libero arbitrio cap. 3 dicentis: »Si cui non contingat facultas concumbendi cum uxore aliena, planum tamen aliquo modo sit eum cupere et, si potestas detur, sibi esse cum ea, non minus reus est quam si in ipso facto deprehenderetur. »Quid est autem non minus reus est nisi quod non minori poena dignus est?

Item *Augustinus* in Epist. 49 de sex quaestionibus ad presbyterum Deogratias, quae plurimum facit ad propositum, q. 4 exponens illud Mt. 7: »Qua mensura mensi fueritis etc., ait: »In qua voluntate benefeceritis, in ipsa liberabimini. » Et iterum: »In ipso animo, ubi appetitus voluntatis humanorum omnium est mensura factorum, continuo poena sequitur culpam. » Et infra: Affectus voluntatis omnium factorum

E 2	exteriore] exteriora G; exteriori TrBL	16	in ... quaestionibus om. GTr presbyterum om. GTr
3	dum ... cum] cum fuerit G; cum fuerit cum Tr	17	quae ... propositum om. GTr q. 4] c. 4 GTr Qual In qua GTr (Aug., Greg. Arim.)
6	si] add. GTr: non minus	17/18	mensi fueritis TBL (Aug., Greg.)]
10	Nam ... non] Non unus GTr	18	mensueritis GTr
11	dicentis] dicit Tr	18	etc.] remetietur vobis GTr (Aug., Greg.) ait] dicit GTr (Greg.)
12	contingat GTr (Aug., Greg. Arim.)]	18/19	In ... ubi TBL (Aug.)] om. GTr (Greg. Arim.)
13	contingit TBL	19	humanorum ... est GTr (Aug., Greg.)] hominum est humanorum TBL
14	stas si Tr; add. TBL: non sibi ... ea TBL] esse factorum GTr (Aug., Greg. Arim.) est om. G	20	continuo ... culpam TBL (Aug.)] om. GTr (Greg.)
15	Quid est autem non minus reus est GTr (Greg. Arim.)] Quidem autem non minus reus est T; Non autem minus quidem reus est BL quod] quam Tr	20/21	Et ... est om. GTr (Greg.)
E 1/4	Cf. Greg. Arim. II d. 42-44 q. 1 concl. 7 (VI, 324, 8-10).	14/15	Greg. ib. (lin. 25s).
5/10	Cf. Greg. ib. (VI, 324, 10-20).	17/18	Mt 7, 2.
12/14	Aug., De lib. arb. I c. 3 n. 8 (CChr 29, 215, 50-53; MPL 32, 1225); cit. apud Greg. ib. (VI, 324, 22-25).	18	Aug., Epist. 102 q. 4 n. 25 (MPL 33, 380).
		19/20	Aug. ib. n. 25 (MPL 33, 381); partim cit. apud Greg. ib. (VI, 324, 33s).
		20/21	Aug. ib.

meritorumque mensura est. Et sequitur: »Ex qualitatibus quippe voluntatum, non ex temporum spatii, sive recte facta sive peccata metimur; aliquin maius peccatum haberetur arborem succidere quam hominem occidere; illud enim fit longa mora multis ictibus, hoc uno ictu brevissimo tempore.« Et concludit: Mensura peccatorum »non in productione temporum« est, »sed in voluntate peccantium«.

Et probatur ratione: »Non maius praemium meretur homo propter voluntatem et opus quam alius propter aequalem voluntatem sine opere, ubi cetera sunt paria; ergo. - Consequentia nota. - »Antecedens probatur: Quia alias homo invitatus posset per alium hominem fieri maioris et minoris meriti apud Deum et fraudari praemio et gravi supplicio; quod est absurdum. Et probatur consequentia: Quia »in actu exteriori potest homo invitatus impediri, sicut clarum est«. - Item probatur antecedens per *Glossam* 2Cor.8: »Qui multum dat, ut dives, et qui parum dat, ut pauper; si aequa voluntas est, aequalem mercedem habebit.

Ad idem ex intentione propositum ostendit *Hugo* II De sacramentis p.14 cap.6. Unde ait: »Ubi plus datur et ubi minus, differens meritum non est, si aequalis voluntas habeatur.« Et multa ibi ad propositum, inter quae et hoc addit: »Et si forte contigerit tantam esse voluntatem in eo, qui non operatur, quanta est in eo, qui opus exercet, ubi voluntas eadem est, meritum dissimile esse non potest.«

[Conclusio 3]

Tertia conclusio: »Homo plus peccat extensive« »concomitante exteriori operatione quam« sola interiore »voluntate«.

Probatur: Quia peccat pluribus peccatis. Nam tam voluntas interior mala peccatum est quam etiam operatio exterior imperata. Et haec sunt duo realiter distincta, etiam ab invicem separabilia; et utrumque est peccatum; ergo distincta peccata. - Consequentia reducibilis est ad syllogismum expositivum. - Minor patet ex not.1. - Sed maior patet per definitionem peccati beati *Augustini*: »Peccatum est dictum,

22	recte GTr (Aug., Greg.) recta TBL	34	idem om. G
23	haberetur TBL (Aug., Greg.) habet GTr	35	differens GTr (Greg. Arim.) dans TBL
24	ictu ... tempore TBL (Aug., Greg. [temporis]) brevissimi temporis GTr	36/37	contingerit GTr (Greg.) contingeret TBL
25	est om. GTr	F 1/2	operationes] opere G
31	antecedens] add. GTr: etiam	3	interior om. G
21/24	Aug. ib., cit. apud Greg. ib. (VI, 324,34-37).	36/38	Hugo ib. (MPL 176, 561 C); cit. apud Greg. ib. (VI, 326,4-6).
24/25	Aug. ib., cit. copiosius apud Greg. ib. (VI, 325,1-4).	F 1/2	Greg. Arim. ib. concl.5 (VI, 323, 27-29).
26/33	Greg. ib. (VI, 325,13-23).	3/4	Cf. Greg. ib. (VI, 323,23 - 324,2).
32/33	Glossa Lomb. ad 2Cor 8,15 (MPL 192, 59 D-60 A); cit. apud Greg. ib. Hugo de S. Vict., De sacram. II p.14 c.6 (MPL 176, 562 C/D); cit. apud Greg. ib. (VI, 325,26-28).	6	V. supra A 18-26.
35/36		7/8	Aug., Contra Faustum XXII c.27 (MPL 42, 418); cit. apud Greg. ib. ad arg. princ. (VI, 330,5s).

factum vel concupitum contra legem Dei.« Ex quo patet quod non solum actus interior voluntatis, qui intelligitur per »concupitum«, sed actus exterior, »dictum« vel »factum«, dicitur esse peccatum, quamvis actus interior peccatum est intrinsece, exterior vero tantum denominative. Et sic videtur posse intelligi quod *Magister* vult, quod, licet interior et exterior actus sint distincti actus, tamen sunt unum peccatum quantum ad imputabilitatem, quia non plus imputatur actus interior cum exterior quam interior sine exteriore.

Tantum de illo articulo.

[Articulus 3]

[Dubium]

Quantum ad tertium articulum dubitatur iuxta primam conclusionem Textus: G Utrum actus peccati interior et exterior sint unum peccatum vel duo.

Et videtur quod sint unum peccatum, per *Magistrum* in Textu.

In oppositum: Superius et inferius quantum ad esse unum vel multa non diversificantur; nam de quocumque genere praedicatur pluraliter, etiam species, et econverso (Si enim aliqua sunt duo animalia, erunt duo homines vel asini; sic, si duo homines, erunt duo animalia); ergo, si actus voluntatis et operis sunt unum peccatum, erunt unus actus et una res. Si autem duae res, erunt et duo peccata.

Respondetur quod beatus *Bonaventura* distinguit, quia vel potest dubium intelligi de actu interiori et exteriori coniunctis vel divisis seu separatis, ita quod in uno sit tantum actus interior peccati et in alio actus exterior simul cum interiori. Et sic non est dubium, quin actus interior in uno et exterior in alio sunt duo peccata. - Sed primo modo intelligendo, dicit actum interiori voluntatis et exteriori esse unum peccatum, »eo quod ibi est unus contemptus et una aversio et una conversio. Voluntas enim est, quae contemnendo avertitur, dum ad bonum commutabile convertitur, non solum quantum ad actum proprium, sed etiam quantum ad actum inferioris potentiae, quae ei subicitur. Quia ergo peccatum, secundum quod huiusmodi, dicit deordinationem per contemptum«, quo avertitur a Deo et convertitur ad creaturam, ideo, »cum ibi sit una deordinatio prima«, sequitur »quod peccatum voluntatis et operis unum est, loquendo formaliter, prout illa coniuncta sunt«, licet ibi sint plura deordinata. »Et ideo, licet peccatum sit unum formaliter, plura tamen sunt materialiter.«

8	quo] qua G	11	sic] sit T
9	quij] quae T	14	et (1) GTr (Bonav.)] vel TBL
15	Tantum ... articulo om. G	15	bonum] bonam T convertitur]
G 1	tertium] secundum TBL		avertitur Tr
8	Sij] Sunt G et (2)] etiam G; om. Tr	21	sunt GTr (Bonav.)] est TBL
8/10	Cf. Greg. ib. (VI, 330,6s).	G 1	V. supra Summ. Textus, lin.4s.
9	V. supra lin.8.	3	Cf. Lomb. ib.
9/10	V. supra lin.7s.	9/12	Cf. Bonav. II d.42 a.1 q.1 resp.
11	Cf. Lomb. II d.42 c.1 (c.1-3 n.375-377; MPL 192, 752s).	12/22	Cf. Bonav. ib.

Sed illa responsio non est propria. Nam esto quod peccatum diceret aliquod idem formaliter in utroque actu, tamen propter hoc non praedicaretur peccatum in singulari de utroque; sicut si eadem albedo esset in duobus subiectis sive una scientia numero in duobus, non ideo dicerentur illa subiecta unum album aut unus sciens. Ideo simpliciter et secundum sermonis proprietatem sunt duo peccata, quamvis unum sit peccatum per aliud sive unum peccatum primo, aliud quasi secundario propter aliud.

Et hoc modo intelligendus est *Magister*, quod sunt unum peccatum, id est quod est unum peccatum principale vel per se, ratione cuius sive per quod aliud est peccatum; sicut ignis et calor sunt duo calefacientia, sed ignis non calefacit per se, sed per calorem; vel ut supra dictum est, quod sunt unum peccatum quantum ad imputabilitatem.

Tantum de quaestione.

23 est] videtur GTr
24 hoc om. G

33/34 imputabilitatem] add. G: etc.
35 Tantum de quaestione om. G

25 Cf. Bonav. ib. in fine.
30 V. supra ad F 11.

33 V. supra F 11-14.

DISTINCTIO QUADRAGESIMA TERTIA

(Summarium Textus)

Egit *Magister* de peccato actuali in generali. Hic de peccato in Spiritum Sanctum, quod gravissimum est, determinat in speciali.

Cuius distinctionis sententia tribus conclusionibus sequentibus explicatur.

Prima conclusio: Est peccatum in Spiritum Sanctum gravius omni peccato, quod nec in praesenti remittitur saeculo nec in futuro.

Secunda conclusio: Peccatum in Spiritum Sanctum secundum quod assignatur varie, aliter et aliter dicitur irremissibile.

Tertia conclusio: Peccato ex malitia obstinationis, desperationis, impenitentiae et fraternae oppugnationis gratiae non solum peccatur in Spiritum Sanctum, sed etiam in Patrem et Filium.

QUAESTIO UNICA

Circa hanc distinctionem quaeritur:

Utrum omne peccatum ex malitia commissum sit peccatum in Spiritum Sanctum

Praemissis notabilibus, ponuntur responsivae conclusiones et tertio dubiorum solutiones.

[Notabile 1]
[Articulus 1]

Quantum ad primum notandum quod 'voluntatem peccare ex malitia' dupliciter accipi potest:

Uno modo quia tendit in obiectum contra dictamen rationis praesentantis illud sub ratione mali et non boni, veri vel apparentis; gratia exempli odium Dei, quod ratio non-errans non potest ostendere nisi sub ratione mali.

Sed utrum voluntas ex sua libertate possit sic velle obiectum sibi praesentatum sine ratione boni, veri vel apparentis, de hoc sunt opiniones quorundam dicentium

4.6.8 conclusio om. GTr
6/7 varie] add. GTr: etiam

A 4 ponentur] ponuntur TB
13 Sed] Et GTr
14 de hoc om. GTr | quorundam dicentium] quibusdam dicentibus GTr

4/5 Cf. Lomb. II d.43 c.un. n.1.2 (c.1 A 10/12 Cf. Scot. II d.43 q.2 n.1 (VI/2, n.386s; MPL 192, 754).
6/7 Cf. Lomb. ib. n.3-9 (c.2-3 14/15 Cf. Bonav. II d.34 a.1 q.3 resp. n.388-391; MPL 192, 754s).
8/10 Cf. Lomb. ib. n.2.9-11 (c.1.3.4 n.387.391s; MPL 192, 754.755s).

quod obiectum voluntatis sit bonum, verum vel apparens, et ita non potest velle ali-
quid nisi sub obiecto suo contentum, hoc est nisi illud, in quo apparet ratio boni,
ininitentes illi dicto *Dionysia* De divinis nominibus: «Nullus operatur ad malum aspi-
ciens.» — *Alii* tenent oppositum, dicentes quod obiectum voluntatis non est bonum,
sed ens in genere, sicut et intellectus. Unde dicunt quod circa omne ens sibi sub
quacumque ratione praesentatum voluntas est libera et potest elicere velle et nolle.
— Quorum opinionum discussio magis ad quartum et etiam primum (ubi quaeritur:
Utrum voluntas necessario fruatur ultimo fine) pertinet.

Alio modo peccat quis ex malitia, quando ex mera sua libertate sine aliqua occa-
sione extrinseca, scilicet nec ex passione in sensu nec errore in intellectu, eligit velle
contra dictamen rectae rationis, etiam si non tendat in ipsum sub ratione mali.

[Notabile 2]

Secundo notandum quod «voluntas, quia coniuncta est appetitui sensitivo, nata est
conlectari sibi. Et ideo peccans occasionaliter ex inclinatione appetitus sensitivi ad
suum delectabile peccat ex passione; quod dicitur peccatum ex infirmitate seu im-
potentia», quae consurgit ex amissione originalis iustitiae. Et illud peccatum «est ap-
propriate in Patrem, cui attribuitur potentia».

Item: Quia voluntas «agit per cognitionem» intellectivam, hoc est praesupponit co-
gnitionem intellectus illius obiecti, circa quod elicit suum actum, «ideo ratione erran-
te», ipsa conformiter eliciente, non recte elicit, nisi error esset invincibilis, et sic
peccat ex ignorantia. Et illud peccatum appropriate dicitur esse «contra Filium, cui
appropriatur sapientia».

Peccat quandoque etiam ex libertate propria, «non condelectando appetitui sensiti-
vo nec ex errore rationis»; et tunc dicitur peccare ex malitia, quia non ex passione
sive odio neque ex errore in ratione peccat. «Ibi enim est plenissima ratio peccati»,
quia plenissima ratio voluntarii, «quia nihil est aliud a voluntate alicuius eum ad
malum», neque in sensu neque in intellectu; «sed ex mera libertate» sua, «sine ali-
qua occasione extrinseca eligit» velle contra dictamen rationis, etiam si non tendat in
ipsum malum sub ratione mali. Et illud peccatum dicitur committi in Spiritum Sanc-
tum, cui attribuitur bonitas.

16	est om. G	B 4	quae ... iustitiae om. GTr	21/22	Cf. Biel I d.1 q.6 A-E.
23/25	Alio ... mali om. G	13	sive odio om. GTr ex om. GTr	23/25	Cf. Scot. ib. n.2 (VI/2, 1073).
25	rectae om. Tr	14	est om. GTr	B 1/5	Scot. ib. (VI/2, 1072s).
		15/16	aliqua] alia GTr	6/10	Cf. Scot. ib. (VI/2, 1073).
				11/12.13/18	Cf. Scot. ib.
17/18	V. supra ad Biel II d.34 F 13s. Dio- nys. cit. apud Bonav. ib. arg.b; Scot. ib.				
18	Cf. Scot. ib.				
21	Hanc quaestionem in IV d.49 Biel non iam tractavit.				

[Notabile 3]

Tertio notandum quod «peccatum in Spiritum Sanctum» non dicitur, quia est offen-
sivum Spiritus Sancti et non Patris aut Filii. Nam harum personarum trium sicut
una est essentia, ita una voluntas, una bonitas, unus honor et dignitas; et per hoc
quisquis offendit aut inhonorat Spiritum Sanctum, offendit et inhonorat Patrem et
Filium. — Nec ideo quia actus illius peccati terminatur obiective ad Spiritum Sanc-
tum et non ad Filium vel Patrem. An autem actus aliquis intellectus vel voluntatis
possit obiective terminari ad unam personam et non ad aliam, patuit q.5 dist.1 primi
libri. — Sed ideo dicitur in Spiritum Sanctum, ut dictum est, quia fit ex malitia primo
vel secundo modo supra tactis.

[Notabile 4]

Quarto notandum quod peccato in Spiritum Sanctum duo attribuantur, scilicet D
quod est gravissimum et quod est irremissibile.

Circa primum notandum quod aliquod peccatum gravissimum dici non potest,
nisi sit «contra praeceptum primae tabulae». Nam peccata «contra praecepta secu-
dae tabulae» solum «virtualiter avertunt» a Deo. Sola peccata primae tabulae forma-
liter et actualiter avertunt «ab obiecto perfectissimo», scilicet Deo. Et sicut solus
actus caritatis, puta amor Dei amicitiae, est actus perfectissime conversivus in
Deum propter seipsum sine relatione ad aliud extra se, ita solus actus huic contrarie
oppositus, scilicet odium Dei, in seipso, si esset possibile, esset gravissimum pecca-
tum. Sed apud *plurimos* dubium est, an actus odiendi Deum sit possibilis, cum Deus
secundum se simpliciter optimus non possit odiri. — Post actum vero caritatis «per-
fectissimus actus, quo tendit voluntas in Deum», est «actus spei, cuius oppositum
erit peccatum gravissimum. Et hoc est peccatum desperationis seu obstinationis cum
desperatione.» Non tamen quilibet levis motus desperationis, sed actus desperationis
procedens ex certa malitia dicitur peccatum in Spiritum Sanctum. De qua in persona
desperatorum loquitur Ier. cap. 18: «Desperavimus; post nostras cogitationes ibimus,
unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus.» — Vide *Scotum* in hac distinctione
q.1, quia clarius et praecisius videtur loqui etc.: in aliquibus libris est q.2.

«Et secundum hoc ad peccatum in Spiritum Sanctum tria requiruntur», ut ponit
Scotus: Primum, «quod sit contra praecepta primae tabulae»; secundo, «quod sit ex

C 1	non] add. GTr: ideo est om. GTr	6	scilicet Deo om. Tr
2	harum ... trium] trium horum GTr	8	ita om. G; Tr: ergo
7/8	patuit ... librl] pertinet ad dis.1 lib- ri primi, ubi tractatur, utrum quis	10	est om. G odiendi Deum] ille GTr
	possit frui una persona sine alia GTr	13	erit] est G
D 3	notandum quod aliquod om. GTr	15	dicitur ... Sanctum om. GTr
5	Sola] solum G peccata] add. G: contra praecepta (ditto), cf. lin.4)	17/18	Vide ... q.2 om. GTr
		18	etc.] add. BL: ut
C 6/7	Cf. Biel I d.1 q.5 C.	11/14	Scot. ib. (VI/2, 1069).
8	V. supra B 11s.17s.	16/17	Ier 18.12.
8/9	V. supra A 10-12.23-25.	17/18	Cf. Scot. ib.
D 3/11	Cf. Scot. ib. q.1 n.5 (VI/2, 1068s).	19/22	Scot. ib. n.6.
10	Sic etiam Scotus ipse.		

Prima pars patet, quia, licet non omne peccatum in Spiritum Sanctum sit immedie in Deum, habet tamen ordinem immediatorem, verius deordinationem contra Deum, ut puta contra donum Dei. Habet et maiorem contemptum, quia ex certa malitia. Et per hoc ceteris peccatis gravius est et ita valde et multum grave.

Secunda pars patet, quia peccatum in Spiritum Sanctum aut est contra principium remissionis in Deo aut tollit dispositionem requisitam in peccatore ad peccati remissionem. Sublati autem principii alicuius effectus, difficulter potest poni effectus; immo non potest poni nisi restitutis principijs. Quia tamen potest dispositio reddi peccatori et principium remissionis simpliciter non potest tolli, ideo non sunt simpliciter irremissibilia, sed minus quam cetera, quia plus requirunt.

[Articulus 3]

[Dubium 1]

Quantum ad tertium articulum est primum dubium: Utrum de aliquo potest dici, quod peccet in Spiritum Sanctum dum vivit temporaliter an post mortem.

Et videtur quod neutrum dici potest. Non primum, quia donec moritur, nullum peccatum est irremissibile secundum illud Ezechielis: »Quicumque hora« etc. »homo« etc. - Nec secundum, quia post mortem non est in via merendi aut demerendi; ergo nec peccandi, quia omne peccatum est demeritum.

Respondetur: Loquendo de peccato in Spiritum Sanctum stricte, potest aliquis in praesenti vita peccare in Spiritum Sanctum, et ita de tali dicitur quod est peccator in Spiritum Sanctum. - Patet, quia peccans peccato desperationis continuans usque ad instans mortis peccat in Spiritum Sanctum. Et hoc peccatum in praesenti vita committitur, licet non dicatur »in Spiritum Sanctum«, nisi usque ad mortem continetur; sicut aliquis nunc est praedicaturus, si praedicabit, quamvis possit non praedicare.

Secundo dicitur quod de nullo certe potest sciri a viatore, an peccatum suum sit peccatum in Spiritum Sanctum, nisi per revelationem. - Patet: Quia nullus viator hoc scire potest de alio; manifestum est. Sed nec de seipso, quia cum dependet a futuro contingenti, quantumcumque aliquis iam desperavit, non tamen potest sciri an mutabitur a tali desperatione an non. Potest enim mutari, quia potest »Deus de lapidibus suscitare filios Abrahae«. Et ita loquitur Salomo Eccle. 9: »Nescit homo, an odio vel amore dignus sit«, quia »omnia in futurum servantur incerta«.

14	Sanctum] add. GTr*: scilicet; sed del. Tr rubro colore	8	dicitur] dici Tr
21	immo om. GTr non] add. Tr: enim	10	Sanctum om. G
23	minus om. G	11	in ... Sanctum] tale GTr
H 2	peccet] peccatum TB; peccat TrL an] aut TBL	16	est om. GTr
4/5	homo etc. om. GTr	17	scri] scire Tr
6	quia om. TBL	17/18	an mutabitur] immutabiliter TBL
		18	a] an L an] vel TBL

14	V. supra lin. 11s.	4/5	Cf. Ez 18.21.27s; 33.12.
18	V. supra lin. 12s.	5	V. supra lin. 2.
18/19	V. supra E 15-18.	7	V. supra F 3-9.
19/20	V. supra E 17.18s.	18/19	Mt 3.9 par.
H 3	V. supra lin. 2.	19/20	Eccle 9.13.

[Dubium 2]

Secundo dubitatur de desperatione. Nam non videtur quod procedat ex malitia, I sed ex ignorantia, quia quis credit »quod maior est sua iniquitas quam Dei misericordia«, sicut Cain, qui dixit: »Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear.« Et ita magis est in Filium quam in Spiritum Sanctum.

Item: Praesumptio est species superbiae; igitur non est peccatum in Spiritum Sanctum. - Tenet consequentia, quia peccatum in Spiritum Sanctum distinguitur a ceteris peccatis.

Item: Praesumptio est contra iustitiam Dei, similiter impugnatio agnitae veritatis est contra veritatem; sed iustitia et veritas attribuantur Filio; ideo magis dicuntur peccatum in Filium quam in Spiritum Sanctum.

Item: Invidentia fraternae gratiae est species invidiae; ergo. Item frequenter contingit »ex corruptione naturae« et ita ex infirmitate, et per consequens est magis peccatum in Patrem.

Item: Obstinatio et finalis impenitentia non distinguuntur, quia utrumque est voluntas permanendi in peccato.

Respondetur ad omnia simul, quia omnia possunt quandoque accidere ex infirmitate, quandoque ex ignorantia. Sed tunc non sunt peccata in Spiritum Sanctum, sed tunc tantum, quando procedunt ex certa malitia. Unde sicut »caritas dat formam« operi meritorio, quia a caritate nominatur opus meritorium, ita malitia dat nomen peccato, ut dicatur in Spiritum Sanctum. Unde nihil horum dicitur peccatum in Spiritum Sanctum, nisi procedat ex certa malitia.

Per hoc dicitur ad primum, quod non omnis desperatio est peccatum in Spiritum Sanctum. Non enim illa, quae venit ex pusillanimitate, sed illa, quae oritur ex certa et definita malitia, in qua vult vitam finire, et praefereus iniquitatem suam divinae misericordiae, contemnens misericordiam Dei, secundum quod dicit *Sapientia*: »Impius cum in profundum venerit, contemnit«, quando tanta profunditate malitiae absorbetur, ut non velit Dei misericordiam sibi subvenire. »Unde tales desperatissimi« homines »frequenter sibiipsis inferunt mortem«.

I 8	agnitae veritatis om. G	21	certa om. G
9	est om. GTr	22	Per] Et per GTr
10	quam ... Sanctum om. GTr	23	Non enim] scilicet non GTr
11	ergo] add. Tr: etc.	23/24	certa et om. GTr
12	naturae om. G	24	definita] add. G supra hoc verbum:
16	quia] quod Tr		id est certa
18	tantum] add. TB: pro	28	mortem om. G

I 1/3	Cf. Bonav. II d. 43 a. 3 q. 2 arg. 1.	14/15	Cf. Bonav. ib. arg. 3.
3	Gen 4.13; cit. apud Bonav. ib. ad obi. 1.	16/21	Cf. Bonav. ib. resp.
5/6	Cf. Bonav. ib. arg. 2.	22	V. supra lin. 1-4.
9/10	Cf. Bonav. ib. arg. 4.	22/25.27/28	Cf. Bonav. ib. ad obi. 1.
11/12	Cf. Bonav. ib. arg. 5.	25/26	Prov 18.3.

Ad illud de praesumptione dicitur quod est »praesumptio de meritis«; et illa est species aut filia superbiae. Et est »praesumptio de impunitate«, »auferens omnino rigorem iustitiae« et per hoc »claudit viam ad gratiam et ampliat viam ad peccatum«; et hoc est peccatum in Spiritum Sanctum.

Ad tertium de eo, quod est contra iustitiam, et de impugnatione agnitae veritatis dicitur ut supra, quod quando non procedunt ex malitia, non sunt peccata in Spiritum Sanctum; quando vero ex malitia, sunt peccata in Spiritum Sanctum. Licet etiam sunt contra iustitiam et veritatem, non tamen dicuntur in Filium, quia non procedunt ex infirmitate, sed ex malitia. Non enim dicitur peccatum in Patrem vel in Filium aut Spiritum Sanctum obiective, quia, ut dictum est, quidquid est contra unam personam in divinis, est contra omnes; sed dicitur tale ex origine, quia oritur ex infirmitate, ignorantia aut malitia, ut dictum est.

De invidentia fraternae caritatis seu gratiae dicitur quod duplex est. Aut enim ex hoc oritur, quia per gratiam fratris putat aliquod bonum in se vel in alio, quod appetit, minui; et sic pertinet ad invidiam. — Alio modo, quia tanta malitia depravatus est talis invidens, quod bonum, quod in se non videt, nulli alii inesse velit, licet nihil sibi ex hoc incommodi accidat.

De obstinatione et finali impenitentia dicitur quod haec est differentia: Nam obstinatio ut est peccatum in Spiritum Sanctum, ut dicit sanctus *Bonaventura*, est »voluntas complacens sibi in culpa« perpetranda, »priorem culpam non detestans, sed approbens«; et ita est actus procedens ex malitia respectu culpae futurae. »Impenitentia« autem ut est peccatum in Spiritum Sanctum non accipitur privative, sed positive contrarie; et est voluntas non paenitendi de peccatis commissis, procedens ex plena deliberatione et ita ex malitia. Sic ergo obstinatio est respectu peccati futuri, impenitentia respectu praeteriti.

Et tantum de illa quaestione.

29	quod om. GTr	38	aut] add. L: in
29/32	sunt] sit Tr; sint BL non (2)] add.	41	enim om. GTr
33	Tr: solum	44	talis invidens om. GTr
34	procedunt] procedit GTr ex (2)	53	praeteriti] add. G: etc.
35/37	om. GTr	54	Et ... quaestione om. G
38			
40			
29	V. supra lin. 5-7.	41	V. supra lin. 11-13.
29/32	Cf. Bonav. ib. ad obi. 2.	41/44	Cf. Bonav. ib. ad obi. 5.
33	V. supra lin. 8-10.	46	V. supra lin. 14s.
34	Cf. supra lin. 16-18.	47/49	Cf. Bonav. ib. ad obi. 3.
35/37	Cf. Bonav. ib. ad obi. 4.	50/52	Cf. Bonav. ib. ad obi. 6.
38	V. supra C 2-5.	52/53	Cf. Bonav. ib. ad obi. 3.
40	V. supra lin. 16-18. 21. 23s.		

DISTINCTIO QUADRAGESIMA QUARTA ET ULTIMA

(Summarium Textus)

Determinavit *Magister* de peccati actualis causa originali et subiectiva, eius quidditate et actu in praecedentibus decem distinctionibus.

In hac distinctione ultima agit de peccandi potentia, quaerens unde sit: an a Deo, an ab homine aut diabolo.

Et colligitur sententia Textus in tribus conclusionibus, quarum prima est: Non obstante contraria *quorundam* opinione, a Deo est omnis potestas operandi bene et male.

Secunda: Quamvis potestati bene administratae sit parendum, abusui tamen eius est viriliter resistendum.

Tertia conclusio: Dum contra superiorem aliquid praecipit potestas inferior, ipsa contempta, est potestas audienda superior.

QUAESTIO ULTIMA

Circa hanc distinctionem movetur haec quaestio ultima huius secundi:

Utrum peccandi potentia sit a Deo creaturae rationali concessa

Ista quaestio dependet ex dictis supra dist. 37, ubi tractatum est: Utrum Deus sit causa peccati; ideo brevius transeundum.

[*Notabile 1*]
[*Articulus 1*]

Notandum primo, quod potentia peccandi est potentia, qua voluntas potest aliquid velle vel nolle aut etiam non velle contra legem, cui tenetur oboedire. Haec autem potentia nihil aliud est secundum rem quam liberum arbitrium seu libertas voluntatis, qua potest in utrumque contradictorium. Et illa libertas non distinguitur a voluntate, sed est ipsamet voluntas. Nihil enim dicit nomen libertatis quam voluntatem in subtrato, et connotat eam circa obiectum sibi ab intellectu ostensum posse elicere et non elicere, velle aut nolle, nulla mutatione facta circa obiectum aut voluntatem. Hoc ergo posse nihil addit voluntati, neque absolutum neque respectivum, sed dicit voluntatis naturam sic a Deo conditam. De quo latius supra dist. 25.

5	est om. G	ultima] unica L
8	tamen] autem GTr	A 7 Notandum] add. GTr: igitur
10	conclusio om. GTr	11 nomen] voluntas TBL
		13 et] vel Tr
6/7	Cf. Lomb. II d. 44 c. 1 (c. 1-2 n. 393s; MPL 192, 756s).	A 3/4 Cf. Biel II d. 37 A-N.
8/9	Cf. Lomb. ib. c. 2 (c. 3 n. 395; MPL 192, 757s).	10/13 Cf. Biel II d. 25 G 7-11. 27-29.
10/11	Cf. Lomb. ib. c. 2 n. 2 (c. 3 n. 395; MPL 192, 758).	15 Cf. Biel ib. C-F.

[Notabile 2]

Secundo notandum quod libertas semper bona est, licet abusus malus. Non tamen libertas seu potentia faciendi malum aut peccatum mala est, sed bona est (ut ita loquar) radix honoris et laudis humanae. Unde in commendatione virtutis dicitur Eccli. 31: «Qui potuit transgredi et non est transgressus, facere mala et non fecit.» Nec laudabile est facere bonum, ubi non est posse facere malum. Unde pulchre loquitur beatus Hieronymus in Epistola ad Demetriadem virginem statim post principium: Nec ideo non vere bonum hominem factum putes, quia is facere malum potest, nec ipsa naturae violentia astringat ad immutabilis boni necessitatem. Nam «in hac utriusque libertate partis rationalis animae decus positum est. Hinc, inquam, totus naturae nostrae honor consistit, hinc dignitas, hinc denique optimi quique laudem merentur, hinc praemium; nec esset omnino ulla virtus in bono perseverantis, si is ad malum transire non potuisset.» Et infra: «Neque enim aliter spontaneum habere poterat bonum, nisi aequae etiam» malum habere potuisset. Utrumque nos posse voluit optimus creator, sed unum facere, bonum scilicet, quod et imperavit; malique facultatem ad hoc tantum dedit, ut voluntatem eius ex nostra voluntate faceremus. Quod cum ita sit, hoc quoque ipsum, quod etiam malum facere possumus, bonum est. Bonum, inquam, quia boni partem meliorem facit.» Et sequitur: «Nec est quo magis rationalis creatura ceteris praeferatur nisi quod, cum omnia alia conditionis tantum ac necessitatis bonum habeant, haec sola habet etiam voluntatis.» Haec Hieronymus.

[Notabile 3]

Tertio notandum quod, licet posse peccare arguit libertatem, non tamen est de ratione libertatis.

Primum patet, quia nullum carens libertate habet potentiam peccandi. Cum enim omne peccatum, saltem actuale, est voluntarium, carens voluntate, quae sola est libera, caret peccandi potentia.

Secundum patet, quia in Deo et beatis est libertas, et tamen non est in eis potentia peccandi. Si quidem implicat Deum posse peccare; beati quoque stante confirmatione similiter peccare non possunt. Et secundum hoc verum est illud beati Anselmi, quod posse peccare «nec est libertas nec pars libertatis». Non enim est de ratio-

B 2	seu] sine TB; sive L	7	hominem om. G
4	et (1) ... transgressus GTr (<i>Vulg.</i>)]	17	boni GTr (<i>Pelag.</i>)] bonam TBL
6	etc. et TBL	18	praeferatur GTr-TBL (<i>Pelag.</i>)] perfe- ratur T
	principium] primum TBL		

B 2/3	Cf. Bonav. II d.44 a.1 q.1 arg.4.	C 3	V. supra lin.1. - Cf. Biel II d.25 E 4-12.
4	Eccli 31,10; cit. apud Bonav. ib.		
7/12	Pelagius, Epist. ad Demetriadem c.3 = Ps.-Hieron., Epist.1 c.3 (MPL 30, 17 C/D).	6	V. supra lin.1s. - Cf. Biel ib. E 20-23.
12/17	Pelagius ib. (MPL 30, 18 A).	9	Anselm., De lib. arb., c.1 (Schnitt 1, 208, 11; 209,5s; MPL 158, 490s); cit. apud Bonav. ib. resp.; Scot. II d.44 n.1 (VI/2, 1075); Biel ib. E.2.
17/19	Pelagius ib. (MPL 30, 18 B).		

ne libertatis, quia libertas potest esse sine illa potentia, licet non e converso. Et ita non est pars integrans rationem libertatis neque augeat libertatem, quia propter potentiam peccandi voluntas non est liberior quam sine ea, ut ostendit Occam I dist.10 q.2. Est tamen pars subiectiva, quia inferior. Sicut rationale non est ratio animalis nec pars eius, et tamen nihil est rationale quin sit animalis, capiendone 'rationale' ut est differentia essentialis.

[Articulus 2]

[Conclusio 1]

Quantum ad secundum articulum est conclusio prima et responsiva: Peccandi potentia a Deo rationali creaturae est collata.

Patet per Magistrum in Textu et auctoritates per eum allegatas.

Et probatur ratione: Quia omnis libertas est creaturae a Deo collata; et omnis potentia peccandi est libertas; ergo etc. - Consequentia nota. - Et minor patet ex notabilibus. - Maior probatur: Quia omnis natura est a Deo; libertas est natura; ergo.

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Quamvis peccandi voluntas culpabilis sit et mala, potentia tamen peccandi commendabilis est atque bona.

Prima pars probatur: Quia omne peccatum culpabile est et malum; voluntas peccandi est peccatum; ergo. - Consequentia nota cum maiore. - Et minor patet, quia in voluntate peccandi primo invenitur ratio peccandi, quia primo ratio libertatis et voluntarii. Nam secundum beatum Augustinum »nihil ita est in potestate voluntatis sicut voluntas ipsa«. Et accipitur hic 'voluntas' pro actu voluntatis, non pro potentia.

Secunda pars patet ex auctoritate beati Hieronymi in not.2 allegata. - Et probatur ratione: Quia natura voluntatis est commendabilis et bona, quia in emittenti specie creaturae constituta; sed potentia peccandi est natura voluntatis, quia libertas, ut patet ex concl.1; ergo.

[Conclusio 3]

Tertia conclusio: Potentia peccandi, quae extollit naturam sublimiter, non est perfectio simpliciter.

Prima pars patet, quia hinc omnis naturae nostrae honor consistit, ut dicit Hieronymus. Etiam potentia peccandi est libertas voluntatis, quae non est nisi in creatura rationali, quae sublimiter excedit omnem creaturam irrationalem.

C	10	quia] huia T; hinc BL potest] pos- set TBL	D	6	probatur] patet G primo (2)] prior TBL
	14	sit om. G		13	
	10/12	Cf. Occ. I d.10 q.2 1/K (III, 342, 4-8,25 - 343,10).		14/15	Cit. apud Biel II d.25 G 9s; v. ib. adnot.
D	3	Cf. Lomb. II d.44 c.1 n.3 (c.2 n.394; MPL 192, 756s).		16	V. supra lin.9s. - V. supra B 7-19.
	5/6	V. supra A 7-15.		19	V. supra A 10s.
	11	V. supra lin.9.		E	3
				3/4	V. supra B 9s.

Secunda pars probatur: Quia non est melius in quolibet ipsa quam non ipsa; igitur non est perfectio simpliciter. – Tenet consequentia per quid nominis perfectionis simpliciter beati *Anselmi*. – Antecedens patet, quia in Deo et beatis melius est non ipsum quam ipsum. Nam quidquid in Deo non est, melius est non ipsum quam ipsum; alioquin Deus careret aliqua perfectione et ita non esset simpliciter perfectus.

Item: Quidquid dicit perfectionem simpliciter, convenit Deo; sed potentia peccandi non convenit Deo; ergo etc. – Consequentia nota in quarto secundae. – Antecedens probatur: Quia Deus non potest peccare. Immo Deus posse peccare implicat contradictionem, quia implicat eum posse facere contra propriam voluntatem; quod est contra traditionem. Nam contradictio est velle contra propriam voluntatem. Est enim velle et non velle idem. Quod autem Deus peccare hoc implicat, patet, quia peccare est facere contra regulam voluntatis; sed ipsa Dei voluntas est suammet regulam, cum sit essentialiter recta; ergo Deus posse peccare est ipsum posse facere contra propriam voluntatem et ita facere et non facere; quod implicat. – Sic implicat beatos posse peccare, stante eorum confirmatione; licet simpliciter eos peccare non sit impossibile, ut habitum est supra de confirmatione angelorum, dist. 7.

[*Articulus 3*]

[*Dubium*]
Quantum ad articulum tertium dubitatur contra concl. 1 rationibus sancti *Bonaventurae*:

Nam posse peccare est posse deficere; sed posse deficere non est potentia, sed impotentia sicut posse mori.

Item: A Deo non est actus peccandi; ergo nec potentia peccandi. – Tenet consequentia, quia ab eodem sunt actus et potentia.

Tertio: Gloria est sanativa naturae; per gloriam autem aufertur potentia peccandi; ergo non est a Deo, quia gloria non aufert a natura quae sunt a Deo.

Item quarto: »Potentia peccandi est potentia faciendi contra Deum«; ergo non a Deo, quia Deus sibiipsi summe concordans nihil agit contra se; ideo ab eo non est potentia agendi contra se.

Item: Omne quod est in homine, habet exemplar in Deo, cui assimilatur; sed per potentiam peccandi homo non assimilatur Deo, sed magis diabolo; ergo.

E 11	sed] et GTr	F 1	contra] circa TBL	
12	not] est GTr	6	potentia] add. G: ergo	
13	probat] patet G	7	Tertio om. G; Tr: Item	
19	quod implicat om. GTr			
6	V. supra lin. 1s.	20/21	Cf. Biel II d. 7 E 37-39.	
7/8	Cf. Anselm., De lib. arb., c. 1 (Schmitt I, 208, 3 – 209, 6; MPL 158, 490s).	F 1	V. supra D 1s.	
		3/4	Cf. Bonav. II d. 44 a. 1 q. 1 sed c. a.	
12	Cf. Petr. Hisp., Summulae logicales, tract. 4 (4.11).	5/6	Cf. Bonav. ib. sed c. b.	
		7/8	Cf. Bonav. ib. sed c. c.	
17/18	Cf. Aug., De Trin. III c. 4 n. 9 (CChr 50, 136, 23-27; MPL 42, 873).	9/11	Cf. Bonav. ib. sed c. d.	
		12/13	Cf. Bonav. ib. sed c. e.	

Has rationes adducit sanctus *Bonaventura*, nec eas solvit, quia assumit eas ad probandum quod potentia peccandi, licet considerata quoad substratum sit a Deo, tamen considerata quoad deformitatem, quae est formale in peccato, sic non est a Deo, immo sic posse peccare non est posse, sed est non-posse.

Verum quia potentia peccandi est res aliqua absoluta in homine, scilicet ipsa libertas, quae non variatur propter nostram considerationem – unde propter aliam et aliam considerationem nostram res non est alia nec aliter se habet ad quodcumque per nos considerationem –, ideo propter nostram considerationem non variantur de re praedicata, nisi importarent etiam ipsam considerationem. Unde simpliciter concedendum quod potentia peccandi est a Deo, sive sic sive sic consideretur. Verum, quod deordinatio ut dicit puram privationem, quia non est ens aliud, non est a Deo neque ab aliqua causa positiva; sed illa privatio non est potentia peccandi.

Per hoc ad formam argumentorum.

Ad primum dicitur quod 'posse deficere' aliquando capitur pure privative, ut nihil positivum importat, verius negative. Et sic attribuitur rei non-existenti. Et tunc non est posse, quia nihil positivum importat. – Alio modo capitur ut dicit privationem in subiecto apto nato; sicut 'caecus' dicit privationem visus in subiecto nato et 'posse esse caecum' est posse esse animal carens visu, et ita est aliquid posse, quia est posse esse animal. Sic 'posse peccare' dicit privationem in subiecto secundum sic loquentes, quia dicit voluntatem liberam potentem deficere, et ista est aliquid et est posse, quia est posse esse talem voluntatem. Sic de posse mori.

Et si dicitur: Tunc Deus non est omnipotens, quia non est omne posse. Respondetur quod non dicitur omnipotens, quia est omnia posse; non enim potest esse natura lapidis aut natura non-vitalis. Sed est omnipotens, quia potest facere omne factibile, hoc est omne positivum aliud a se. Et sic facere potest omne positivum in peccato.

Ad secundum negetur assumptum. A Deo enim est actus peccandi; non tamen propter hoc Deus est peccator, ut supra dist. 37.

Ad tertium negetur quod gloria non aufert a natura quod est a Deo. Aufert enim a natura corruptibilitatem, quae tamen naturaliter consequitur naturam creatam, quia est de nihilo. Item aufert a beato fidem et spem, quae tamen sunt dona Dei.

Ad quartum distinguitur antecedens ratione illius complexi 'contra Deum', quia aut valet, id est 'contra Deum' quantum ad voluntatem beneplaciti consequentem, et

14	adduct] arguit TBL	6	aliquid] aliquid GTr
19	quae om. GTr	15	enim] non G tamen] tantum G
22	etiam om. GTr	17	quod (2) (v. supra F 8)] add.
24	non (2)] cum TB		GT-TBL: non a (v. ib.)] de TBL
G 5	apto om. GTr nato (2) om. G	19	de] a TBL
14/17	Cf. Bonav. ib. resp.	15/16	Cf. Biel II d. 37 K 19-36; L 10-14.
G 2	V. supra F 2s.	17	V. supra F 7s.
10/14	Cf. Biel I d. 42 E 13-37.	21	V. supra F 9-11. – V. ib. 9.
15	V. supra F 5s.	22	Cf. Biel I d. 46 q. 1 C 20s.

sic in nulla creatura est potentia faciendi contra Deum; vel 'contra Deum' quantum ad voluntatem antecedentem vel signi praecepti vel consilii, et sic antecedens est verum, quia potentia peccandi est potentia faciendi contra voluntatem praeceptivam.

Et probatio procedit de 'facere contra' primo modo.

Ad quintum dicitur quod res creata non habet exemplar in Deo aliud a divina cognitione, quae non est realiter similis cuicumque creaturae, cum infinite distat a qualibet. Sed dici potest 'similis', pro quanto est distincta cognitio omnium. Sic et 'conceptus mentis' dicitur similitudo rerum, quarum est representativus. Neque aliter intelligendum est exemplaria vel ideas esse in Deo; immo si 'idea' dicit aliquod exemplar, ad quod agens per intellectum respiciens producit ideatum, ut in I dist. 35 patuit, idea non est aliquid realiter in Deo, sed est obiectum cognitum, ut dictum est ubi supra. Etiam homo per potentiam peccandi assimilatur Deo, quoniam potentia peccandi est voluntatis libertas, secundum quam libertatem assimilatur Deo, qui liberrimus est. Cuius voluntati quanto homo per voluntatem suam magis se conformat ac subicitur, tanto liberior est et perfectior; eius enim »agi frenis et obtemperare iustitiae« summa »libertas est« secundum *Boethium*. Quam nobis concedere dignetur qui universae suae creaturae est »Alpha et Omega, principium et finis«, Deus unus et trinus, super omnia in saeculorum saeculis benedictus. Amen.

Explicit Collectorium resolutissimi viri Gabrielis Biel sacrae theologiae licentiatii super secundo Sententiarum.

27 quod] ut G
28 similis] simil L
29 Sic] Sicut GTr
32/33 ut . . . patuit om. GTr
33 idea] iam TBL | sed] post hoc verbum Tr finitur; fol. 168 excisum est, ut relicto manifestatur

34 ubi supra] in primo dis. 35 G
36 est om. G
38 secundum Boethium om. G | dignetur] add. G; ipse
41/42 Explicit . . . Sententiarum] Anno domini 1488 annuntiationis dominicae G

23/24 Cf. Biel ib. B 1-8.
27 V. supra F 12s.

31/34 Cf. Biel I d. 35 q. 5 F 12-14. 29s; O 2-5.

37/38 Boeth., De consol. phil. I pros. 5 n. 4 (CChr 94, 13.11s; MPL 63, 643).
39 Apc 1, 8.